


Ge

Gardyssaliet

Bitte

[illegible]

Quando B 2

Questo Libro è

di Francesco ...

... Monte ...

... teologo ...

... libro di ...

... nel libro ...

... teologo ...

... di Napoli ...

[illegible]

5.11.3

A. II.

AMBROSII A VISITATIONE

Cl. Reg. Paup. Matris Dei Scholarum Piarum

IN LATINAM LINGUAM GRAMMATICÆ INSTITUTIONES.

EDITIO UNDECIMA.




FLORENTIÆ, M.DCC.X[illegible]III.

Typis Regiæ Celſitudinis.)(*Super licentiâ*
Proſtant apud Jo: Antonium Bagazzanium.

Belur





AD LECTOREM.


I quis Magiſter hac in Linguam Latinam Inſtitutione uti voluerit, primum operam dabit, ut Tirones quotidiè manè poſt paradigmata nominum Subſtantivorum, Adjectivorum, ac Pronominum memoriæ mandata, ejuſdem formæ nomina frequenter inflectant, idque tum diviſim, tum conjunctim, quin & incipientes operæ pretium facturos exiſtimet, ſi per otium domi aliqua calamo deducant per omnes caſus.

Pomeridianis verò horis poſt itidem Verborum conjugationes memoriâ comprehenſas, in ſimilibus Verbis conjugandis, è catalogo de Præteritis, & Supinis, aut aliundè deſumptis, exerceantur: ſed è numero Modorum, velut ſupervacaneus, eximatur Optativus, quem appellant.

Quo quidem tempore cognoſcant, quæ accidant Nomini, ac Verbo: quæ ſit concordia Adjectivi cum Subſtanti-

vo: Nominativi cum Verbo: Relativi cum Antecedente.

Deinde accedant ad ſimplicem Genitivi caſus rectionem, & ad reliquam orationis ſtructuram, pro uniuſcujuſque captu, atque eo ordine; quo univerſa Syntaxis diſtributa eſt; juxta varietatem Claſſium.

Sed primo aditu omnia leviter attingantur, & pingui velut Minerva oſtendantur.

Poſt hæc repetant Rudimenta primi libri: ediſcant carmina de nominum genere: præcepta verò de Præteritis, ac Supinis unà cum Verbis exceptis, aut memoriâ complectantur, aut ſaltem ſæpiùs oculis percurrant: Adverbia pariter loci, & Præpoſitiones. Cætera frequenter inculcentur, & ſiqua maximè neceſſaria videntur, jubeantur ediſcere.

Teſtimonia, quibus præcepta confirmamus, explicentur: inde enim Tirones plurimum lucis haurient ad eadem præcepta cognoſcenda.

Sunt quædam, quæ pro diſcentium captu fuerant præmittenda, quædam verò poſtponenda; at tum hoc; tum ſiquid omiſsum, quod videatur addendum, vel etiam reſecandum, prudentiæ, & eruditioni Magiſtri relinquitur, qui arte, ac induſtriâ omnia planiora

red-

reddet, quæ alioquin difficilia incipientibus videri possint.

In Auctoribus, qui quotidiè interpretandi sunt, Grammaticæ canones auditores recognoscant. Ipse Magister eorum, quæ jam tradiderit, ab illis frequentissimè rationem exposcat: in hac enim assiduâ exercitatione, ac in classicorum Auctorum observatione, tum in frequenti orationis ex vernaculâ in Latinam Linguam, & ex Latinâ in vernaculam conversione sitam esse intelligat præcipuam discentium utilitatem, & celerem progressionem, potius, quam in edíscendis coacervatis Grammaticorum decretis, quæ, si ad justam rationis trutinam, atque ad veterum consuetudinem, expendantur, falsa non rarò reperiuntur.

Hinc, cum jam discipuli in Grammaticæ præceptis satis confirmati videbuntur, tum demum ad librum de Syllabarum Quantitate accedent.

Cæterùm, benevole Præceptor, qui adolescenti ætati literarum studiis excolendæ præpositus fuisti, haud exiguam scias tibi oblatam esse occasionem, & Christianam Rempublicam juvandi, & cœleste minerval promerendi; idque consequere, si non segniùs in Pietate, quàm in literis tradendis, elabores: si te optimo duce, verbo præeunte, & exem-


 plo,

plo, cereæ discentium mentes Divinis parere mandatis assuescant, easque à vitiorum fœditate deterritas, ad amorem unius Dei Optimi Maximi, ac ad æternorum cogitationem excites, & incendas. Inde sanè fiet, ut post hanc mortalitatem in perpetuas æternitates novum sydus effulgeas unà cum iis, qui ad Justitiam multos erudierunt. Vale.

Vocum compendia notant.

P. P. C. *Pro Primâ Classe.*
P. S. C. *Pro Secundâ Classe.*
P. T. C. *Pro Tertiâ Classe.*
S. S. *Sine Supino.*
S. P. *Sine Præterito.*
S. N. *Singulari Nominativo.*
P. N. *Plurali Nominativo.*

DE



DE RUDIMENTIS LINGUÆ LATINÆ

LIBER PRIMUS

Pro infimâ Scholâ Grammaticæ.

In Nominum Declinationes

Admonitio.

NOminum Declinationes ſunt quinque, & à terminatione Genitivi ſingularis agnoſcuntur. Genitivus Primæ deſinit in diphthongum *æ*, ut Muſa, Muſæ.

Secundæ in *i*, ut Dominus, Domini.

Tertiæ in *is*, ut Sermo, ſermonis.

Quartæ in *us*, & *u*, ut Senſus, ſensûs: Genu, genu.

Quintæ in *ei* diviſim, ut Dies, diei.

Caſus ſunt ſex: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, Ablativus.

Numeri ſunt duo: Singularis, & Pluralis.

Genera ſunt tria: Maſculinum, Fœmininum, & Neutrum.

Articuli, ideſt Notæ generis, ſunt tr[illegible]: *Hic*, nota Maſculini: *Hæc*, Fœminini: *Hoc*, nota Neutrius.

DECLINATIONES

NOMINUM SUBSTANTIVORUM.

PRIMA DECLINATIO.

Numero Singulari.		
Nominativo hæc	Muſa,	*la Muſa.*
Genitivo	Muſæ,	*della Muſa.*
Dativo	Muſæ,	*alla Muſa.*
Accuſativo	Muſam,	*la Muſa.*
Vocativo	ò Muſa,	*o Muſa.*
Ablativo	à Muſâ,	*dalla Muſa.*
Numero Plurali.		
Nominativo	Muſæ,	*le Muſe.*
Genitivo	Muſarum,	*delle Muſe.*
Dativo	Muſis,	*alle Muſe.*
Accuſativo	Muſas,	*le Muſe.*
Vocativo	ò Muſæ,	*o Muſe.*
Ablativo	à Muſis,	*dalle Muſe.*

SECUNDA DECLINATIO.

Singulari.		
Nominativo hic	Dominus,	*il Signore.*
Genitivo	Domini,	*del Signore.*
Dativo	Domino,	*al Signore.*
Accuſativo	Dominum,	*il Signore.*
Vocativo	ò Domine,	*o Signore.*
Ablativo	à Domino,	*dal Signore.*
Plurali.		
Nominativo	Domini,	*li Signori.*
Genitivo	Dominorũ,	*delli Signori*
Dativo	Dominis,	*alli Signori.*
Accuſativo	Dominos,	*li Signori.*
Vocativo	ò Domini,	*o Signori.*
Ablativo	à Dominis,	*dalli Signori*

Admo-

Admonitio.

Nomina neutra tres casus similes habent, nempè Nominativum, Accusativum, Vocativum, qui numero plurali desinunt in A, ut apparet inferius.

Declinatio Nominis Neutrius.

Singulari.

Nominativo hoc	Templum,	*la Chiesa.*
Genitivo	Templi,	*della Chiesa.*
Dativo	Templo,	*alla Chiesa.*
Accusativo	Templum,	*la Chiesa.*
Vocativo	ò Templũ,	*o Chiesa.*
Ablativo	à Templo,	*dalla Chiesa.*

Plurali.

Nominativo	Templa,	*le Chiese.*
Genitivo	Templorũ,	*delle Chiese.*
Dativo	Templis,	*alle Chiese.*
Accusativo	Templa,	*le Chiese.*
Vocativo	ò Templa,	*o Chiese.*
Ablativo	à Templis,	*dalle Chiese.*

TERTIA DECLINATIO.

Singulari.

Nominativo hic	Sermo,	*il discorso.*
Genitivo	Sermonis,	*del discorso.*
Dativo	Sermoni,	*al discorso.*
Accusativo	Sermonem,	*il discorso.*
Vocativo	ò Sermo,	*o discorso.*
Ablativo	à Sermone,	*dal discorso.*

Plurali.

Nominativo	Sermones,	*i discorsi.*
Genitivo	Sermonum,	*delli discorsi*
Dativo	Sermonibus,	*alli discorsi.*
Accusativo	Sermones,	*i discorsi.*
Vocativo	ò Sermones,	*o discorsi.*
Ablativo	à Sermonibus,	*dalli discorsi.*

Declinatio Neutrius.

Singulari.

NOminativo hoc	Tempus,	*il tempo.*
Genitivo	Temporis,	*del tempo.*
Dativo	Tempori,	*al tempo.*
Accusativo	Tempus,	*il tempo.*
Vocativo	ò Tempus,	*o tempo.*
Ablativo	à Tempore,	*dal tempo.*

Plurali.

Nominativo	Tempora,	*i tempi.*
Genitivo	Temporum,	*delli tempi.*
Dativo	Temporibus,	*alli tempi.*
Accusativo	Tempora,	*i tempi.*
Vocativo	ò Tempora,	*o tempi.*
Ablativo	à Temporibus,	*dalli tempi.*

QUARTA DECLINATIO.

Singulari.

NOminativo hic	Sensus,	*il senso.*
Genitivo	Sensùs,	*del senso.*
Dativo	Sensui,	*al senso.*
Accusativo	Sensum,	*il senso.*
Vocativo	ò Sensus,	*o senso.*
Ablativo	à Sensu,	*dal senso.*

Plurali.

Nominativo	Sensus,	*i sensi.*
Genitivo	Sensuum,	*delli sensi.*
Dativo	Sensibus,	*alli sensi.*
Accusativo	Sensus,	*i sensi.*
Vocativo	ò Sensus,	*o sensi.*
Ablativo	à Sensibus,	*dalli sensi.*

Declinatio Neutrius.

Singulari.

NOminativo hoc	Genu,	*il ginocchio.*
Genitivo	Genu,	*del ginocchio.*
Dativo	Genu,	*al ginocchio.*
Accusativo	Genu,	*il ginocchio.*

Vocativo	ò Genu,	*o ginocchio.*
Ablativo	à Genu,	*dal ginocchio.*

Plurali.

Nominativo	Genua,	*le ginocchia.*
Genitivo	Genuum,	*delle ginocchia*
Dativo	Genibus,	*alle ginocchia.*
Accusativo	Genua,	*le ginocchia.*
Vocativo	ò Genua,	*o ginocchia.*
Ablativo	à Genibus,	*dalle ginocchia.*

QUINTA DECLINATIO.

Singulari.

Nominativo hic	Dies,	*il giorno.*
Genitivo	Diei,	*del giorno.*
Dativo	Diei,	*al giorno.*
Accusativo	Diem,	*il giorno.*
Vocativo	ò Dies,	*o giorno.*
Ablativo	à Die,	*dal giorno.*

Plurali.

Nominativo	Dies,	*i giorni.*
Genitivo	Dierum,	*delli giorni.*
Dativo	Diebus,	*alli giorni.*
Accusativo	Dies,	*i giorni.*
Vocativo	ò Dies,	*o giorni.*
Ablativo	à Diebus,	*dalli giorni.*

Admonitio.

Post quinque declinationes memoriâ comprehensas, exerceantur incipientes quotidie in similibus nominibus declinandis, ac per omnes casus deducendis, ut

PRIMÆ DECLINATIONIS.

Hæc Matertera,	ræ,	*la zia.*
Hæc Famula,	læ,	*la serva.*
Hic Nauta,	tæ,	*il nocchiero.*
Hic Scriba,	bæ,	*lo scrivano.*

SECUNDÆ.

Hic Oculus,	li,	*l' occhio.*
Hic Cubicularius,	rii,	*il cameriere.*

Hic Vir,	ri,	*l'uomo.*
Hic Puer,	ri,	*il ragazzo.*
Hoc Cubiculum,	li,	*la camera.*
Hoc Graphyarium,	rii,	*il pennajolo.*
Hoc Gymnaſium,	ſii,	*la ſcuola.*
Hoc Cœnobium,	bii,	*il convento.*

T E R T I Æ.

Hic Phrygio,	nis,	*il ricamatore.*
Hic Tapes,	tis,	*il tappeto.*
Hic Tubicen,	nis,	*il trombettiere.*
Hic Tonſor,	ris,	*il barbiere.*
Hæc Mater,	tris,	*la madre.*
Hæc Virgo,	inis,	*la vergine.*
Hoc Monile,	lis,	*il vezzo.*
Hoc Minerval,	lis,	*il premio de' letterati*
Hoc Tuber,	ris,	*il tartufo.*
Hoc Ver,	ris,	*la primavera.*

Q U A R T Æ.

Hic Penus,	us,	*la vettovaglia.*
Hic Fructus,	us,	*il frutto.*
Hæ Socrus,	us,	*la ſuocera.*
Hæc Nurus,	us,	*la nuora.*
Hoc Tonitru,	tru,	*il tuono.*
Hoc Gelu,	lu,	*il gelo.*
Hoc Cornu,	nu,	*il corno.*
Hoc Veru,	ru,	*lo ſpiedo.*

Q U I N T Æ.

Hæc Res,	rei,	*la coſa.*
Hæc Facies,	ei,	*la faccia.*
Hæc Fides,	dei,	*la fede.*
Hæc Species,	ei,	*la ſpecie.*

Admonitio.

Hac declinatio in Plurali num. caret Genitivo, Dativo, ac Ablativo: Dies *tamen*, Res, *&* Species *declinantur per omnes caſus.*

DE-

DECLINATIONES
NOMINUM ADJECTIVORUM.

Declinatio Nominis Adjectivi
Primæ, & Secundæ Declinationis.
Numero Singulari.

NOminativo hic bonus, hæc bona, hoc bonum, *buono*, *e buona*. Gen. boni, bonæ, boni. Dat. bono, bonæ, bono. Acc. bonum, bonam, bonum. Voc. bone, bona, bonum. Abl. à bono, bonâ, bono.

Plur. Nom. boni, bonæ, bona. Gen. bonorum, bonarum, bonorum. Dat. bonis. Acc. bonos, bonas, bona. Voc. boni, bonæ, bona. Abl. à bonis.

Sic declinantur.

Blandus, blanda, blandum, *piacevole*.
Dignus, digna, dignum, *degno*.
Pulcher, pulchra, pulchrum, *bello*.
Ater, atra, atrum, *oſcuro*, & alia.

Admonitio.

Adjectiva ſubjecta in Genitivo ſingulari habent IUS, in Dativo I, cæteris caſibus declinantur, ut, bonus, bona, bonum. *Verumtamen ſeptem prima apud Veteres Genitivo, & Dativo inflectuntur omnino, ut* bonus, bona, bonum. Cornel. Nep. in Eumen. *Præfuit etiam alteræ equitum alæ*. Apul. lib. 8. *Uno potiundi ſtudio poſtponens omnia*. *Ter. Andr.* 3. 5. *Nulli conſilii*, M. Cat. *Alii modi*, cætera vide apud Priſc. l. 6.

Alter, altera alterum. G. alterius. D. alteri.
Il ſecondo.
Alius, alia, aliud. G. alius. D. alii, *altrò*.
Solus, ſola, ſolum. G. ſolius. D. ſoli, *ſolo*.
Totus, tota, totum. G. totius. D. toti, *tutto*.

Unus,

Unus, una, unum. G. unius. D. uni, *uno*.
Ullus, ulla, ullum. G. ullius. D. ulli, *alcuno*.
Nullus, nulla, nullum. G. nullius, D. nulli, *nessuno*.
Uter, utra, utrum. G. utrius. D. utri, *chi di due?*
Neuter, neutra, neutrum. G. neutrius. D. neutri, *nè l' uno, nè l' altro*.
Uterque, utraque, utrumque. G. utriusque. D. utrique, *l' uno, e l' altro*.
Alteruter, alterutra, alterutrum. G. alterutrius. D. alterutri, *ò l' uno, ò l' altro*.

Adjectiva Tertiæ Declinationis.

S. NOm. hic, & hæc brevis, & hoc breve, *breve*. G. brevis. D. brevi. Acc. brevem, & breve. V. brevis, & breve. Abl. à brevi.
P. N. breve, & brevia. G. brevium. D. brevibus. Acc. breves, & brevia. V. breves, & brevia. Abl. à brevibus.

Sic declinantur.

Hic, & hæc levis, & hoc leve, *leggiero*.
Hic, & hæc gravis, & hoc grave, *grave*.
Hic, & hæc dulcis, & hoc dulce, *dolce, ec.*

S. NOm. hic acer, hæc acris, hoc acre, *agro*. G. acris, D. acri. Acc. acrem, & acre. V. acer, acris, acre. Abl. ab acri.
P. N. acres, & acria. G. acrium. D. acribus. Acc. acres, & acria. V. acres, & acria. Abl. ab acribus.

Sic declinantur.

Hic equester, hæc equestris, hoc equestre, *equestre*.
Hic alacer, hæc alacris, hoc alacre, *allegro*.
Hic celeber, hæc celebris, hoc celebre, *celebre*.
Hic celer, hæc celeris, hoc celere, *veloce*.
Hic campester, hæc campestris, hoc campestre, *campestre*.

Sic

Sic pedester, paluster, saluber, silvester, volucer, *& alia, quæ in Nominativo, & Vocativo, habent tres voces, licet inveniantur quandoque habere tantùm duas, ut* equestris ordo, *apud Cic. pro Planc. & l. 9. ad Att.* 13. Statua Ænea pedestris, vel equestris.

S. NOm. hic, hæc, hoc felix, *felice*. G. felicis. D. felici. Acc. felicem, & felix. V. felix. Abl. à felici, vel felice.

P. Nom. Felices, & felicia. Gen. felicium. Dat. felicibus. Acc. felices, & felicia. Voc. felices, & felicia. Abl. à felicibus.

Sic declinantur.

Hic, hæc, hoc atrox, cis, *crudele*.
Hic, hæc, hoc pernix, cis, *veloce*.
Hic, hæc, hoc laudans, tis, *chi loda.*
Hic, hæc, hoc præcipiens, tis, *chi comanda.*

Comparativi Nominis Declinatio.

S. NOm. hic, & hæc brevior, & hoc brevius, *più breve*. G. brevioris. D. breviori. Acc. breviorem, & brevius. Voc. brevior, & brevius. Abl. à breviori, vel breviore.

P. N. Breviores, & breviora. G. breviorum. D. brevioribus. Acc. breviores, & breviora. V. breviores, & breviora. Abl. à brevioribus.

Sic declinantur.

Hic, hæc velocior, & hoc velocius, oris. *più veloce.*
Hic, hæc atrocior, & hoc atrocius, oris, *più crudele*.
Hic, hæc celebrior, & hoc celebrius, oris. *più celebre*, & alia Comparativa.

Admonitio.

Hic præcipiatur Tironibus, ut conjunctim inflectant, Musa, Dominus, Templum, *itemque alia nomina, quæ in quinque Declinationibus sunt cæterorum norma. Deinde doceantur quotidie*

tidie copulare Adjectiva cum Substantivis, *ut*

Mensa lauta,	*la mensa lauta.*
Domina prudens,	*la Signora prudente.*
Regina sapiens,	*la Regina savia.*
Herus mansuetus,	*il padrone mansueto.*
Vir liberalis,	*l'uomo liberale.*
Pavimentum subdiale,	*il terrazzo scoperto.*
Jugum suave,	*il giogo soave.*
Magister diligens,	*il Maestro diligente.*
Tiro studiosus,	*il principiante studioso.*
Munus pretiosum,	*il presente prezioso.*
Corpus ingens,	*il corpo grande.*
Anus annosa,	*la vecchia carica d'anni*
Tonitru terribile,	*il tuono spaventoso.*
Dies lætus,	*il giorno allegro.*
Res domestica,	*la roba di casa.*
Species insignis,	*la bellezza segnalata.*

Anomalorum Nominum Declinatio.

S. NOm. hæc Domus, *la casa.* G. domûs, vel domi. D. domui. Acc. domum. Voc. domus. Abl. à domo.

P. N. Domus, *le case.* Gen. domorum, vel domuum. D. domibus. Acc. domos, vel domus. Voc. ò domus. Abl. à domibus.

S. N. Jesus, *Gesù.* Gen. & Dat. Jesu. Acc. Jesum. Voc. & Abl. Jesu.

P. N. Duo, duæ, duo, *due.* Gen. duorum, arum, orum. Dat. duobus, abus, obus. Acc. duos, vel duo, duas, duo. Voc. duo, duæ, duo. Abl. à duobus, abus, obus.

P. N. Ambo, ambæ, ambo, *ambedue.* Gen. amborum, arum, orum. Dat. ambobus, abus, obus. Acc. ambos, vel ambo, bas, bo. Voc. ambo, bæ, bo. Abl. ambobus, abus, obus.

P. N. hi, & hæ tres, & hæc tria, *tre.* Gen. trium. Dat. tribus. Acc. & Voc. tres, & tria. Abl. à tribus.

Pro-

Pronominum Primitivorum Declinatio.

S. NOm. Ego, *io.* G. mei, *di me.* D. mihi, vel mî, *a me.* Acc. me, *me.* Abl. à me, *da me.*

P. N. Nos, *noi.* G. nostrûm, vel nostri, *di noi.* D. nobis, *a noi.* Acc. nos, *noi.* Abl. à nobis, *da noi.*

S. N. Tu, *tu.* G. tui, *di te.* D. tibi, *a te.* Acc. te, *te.* V. tu, *o tu.* Abl. à te, *da te.*

P. N. Vos, *voi.* G. vestrûm, vel vestri, *di voi.* D. vobis, *a voi.* Acc. vos, *voi.* V. ò vos, *o voi.* Abl. à vobis, *da voi.*

S. G. Sui, *di se.* D. sibi, *a se.* Acc. se, *se.* Abl. à se, *da se.*

P. G. Sui, *di loro.* D. sibi, *a loro.* Acc. se, *loro.* Abl. à se, *da loro.*

S. NOm. hic, hæc, hoc, *questo. e questa.* Gen. hujus. D. huic. Acc. hunc, hanc, hoc. Abl. ab hoc, hac, hoc.

P. N. hi, hæ, hæc. G. horum, harum, horum, D. his. Acc. hos, has, hæc. Abl. ab his.

S. NOm. is, ea, id, *egli, ed ella.* G. ejus, *di lui, di lei.* D. ei. Acc. eum, eam, id. Abl. ab eo, ea, eo.

P. N. Ii, eæ, ea. G. eorum, earum, eorum. D. eis, vel iis. Acc. eos, eas, ea. Abl. ab eis, vel iis.

S. NOm. Idem, eadem, idem, *il medesimo, e la medesima.* G. ejusdem. D. eidem. Acc. eundem, eandem, idem. Abl. ab eodem, eadem, eodem.

P. N. Iidem, eædem, eadem. G. eorundem, earundem, eorundem. D. eisdem, vel iisdem. Acc. eosdem, easdem, eadem. Abl. ab eisdem, vel iisdem.

Quæ sequuntur, imitantur adjectivum Bonus, bona, bonum; *sed in Genitivo sing. habent* jus, *& Dativo* i. *Vocativo verò destituuntur. Apul. tamen l.* 8. *ait.* Caput pessimo *isto* asino deme-

re:

re: *& alii sic locuti sunt. Apud Comicos reperitur* ipsus *pro* ipse.

Ille, illa, illud. G. illius. D. illi, *quello, e quella.*
Ipse, ipsa, ipsum. G. ipsius. D. ipsi, *esso, e essa.*
Iste, ista, istud, vel istuc. G. istius. D. isti, *cotesto, e cotesta.*

Pronominum Derivatorum Declinatio.

S. NOm. Meus, mea, meum, *mio, e mia.* G. mei, meæ, mei. D. meo, meæ, meo. Acc. meum, meam, meum. V. mi, mea, meum. Abl. à meo, mea, meo.

P. N. mei, meæ, mea. G. meorum, mearum, meorum. D. meis. Acc. meos, meas, mea. V. mei, meæ, mea. Abl à meis.

Mi *Vocativo casu reperitur omnis generis.* S. Hier. 2. Ep. de mor. Blef. *Testor, mi Paula. Jesum, quem sequitur Blesilla.* Apul. apolog. 1. *Utinam siam, mi sydus, Olympus.*

Tuus, tua, tuum. Suus, sua, suum. Vester, vestra, vestrum. Noster, nostra, nostrum, *declinantur, ut* Bonus, bona, bonum, *sed* Tuus, & Suus *vocativo carent.*

Hic, hæc, hoc nostras, atis, *della nostra patria, o professione*: hic, hæc, hoc vestras, atis, *della vostra patria, paese, ò professione*, ut felix, cis, declinantur.

Pronominis Relativi Declinatio.

S. NOm. Quis, vel qui, quæ, quod, vel quid, *il quale, e la quale; chi, o quale.* G. cujus. D. cui. Acc. quem, quam, quod, vel quid. Abl. à quo, vel qui, qua, vel qui, quo, vel qui.

P. N. qui, quæ, quæ; *i quali, e le quali.* G. quorum, quarum, quorum. D. quibus, vel queis. Acc. quos, quas, quæ. Abl. à quibus, vel queis.

Observatio.

Quis, & quid interrogativè, ac infinitè usurpan-

pantur, ut: Quis hic loquitur? Quid quæris? Nescio, quis sis, & quid dicas. Infinitè autem potius Conjunctivo, quàm Indicativo jungitur. *Ter. And.* Nescio, quid narres.

Qui pro *quis* invenitur apud Scriptores classicos.

Declinatio compositorum à pronomine Quis, & Qui.

S. NOm. Quinam, quænam, quodnam, vel quidnam, *chi mai?* Gen. cujusnam. Dat. cuinam. Acc. quemnam, quamnam, quodnam, vel quidnam. Abl. à quonam, quanam, quonam.

P. N. Quinam, quænam, quænam. Gen. quorumnam, quarumnam, quorumnam. Dat. quibusnam. Acc. quosnam, quasnam, quænam. Abl. à quibusnam.

Sic declinantur.

Quisquam, quæquam, quodquam, vel quidquam, *alcuno.* G. cujusquam. D. cuiquam, &c.

Quispiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam, *alcuno.* G. cujuspiam. D. cuipiam, &c.

Quisquis, quæquæ, quodquod, vel quidquid, *qualunque.* G. cujuscujus. D. cuicui. *Sic geminatur per omnes casus.*

Quisque, quæque, quodque, vel quidque, *ciascuno.* G. cujusque. D. cuique, *& ita in plerisque adjecta pars compositi servatur, variatione Relativi* Quis, vel qui, *ut:*

Quicumque, quæcumque, quodcumque, vel quidcumque, *qualunque.*

Quidam, quædam, quoddam, vel quiddam, *un certo.*

Quilibet, quælibet, quodlibet, vel quidlibet, *qualsivoglia.*

Quivis, quævis, quodvis, vel quidvis, *qualsisia.*

Ecquisnam, ecquænam, ecquodnam, vel ecquidnam, *e chi mai?* De-

Declinatur Unus, & Quisque conjunctim.

Unusquisque, unaquæque, unumquodque, vel unumquidque. G. uniuscujusque. D. unicuique, *ciascuno*.

Aliorum declinatio compositione praeunte.

Aliquis, aliqua, aliquod, vel aliquid, *alcuno.*

Nequis, nequa, nequod, vel nequid, *acciocchè non alcuno*.

Siquis, siqua, siquod, vel siquid, *se alcuno.*

Ecquis, ecqua, ecquod, vel ecquid, *forse alcuno*.

Quatuor hæc plur. terminant neutrum plerumque in A, aliquis, *verò semper*.

Paradigma Graecarum Declinationum, quibus sapè Latini utuntur: addito tamen, in Latinorum morem, Ablativo: etsi eo Graeci careant.

PRIMA DECLINATIO.

S.N. Ecclesiastes, *il Predicatore*. Gen. Ecclesiastæ. Dat. Ecclesiastæ. Acc. Ecclesiasten. Voc. ò Ecclesiaste. Abl ab Ecclesiaste.

Numero plurali convenit cum prima Latinorum Declinatione. Sic declinantur Anchises, vel Anchisa, æ, Achates, Sophistes, Cremes, Pylades, æ, sive Pylades, dis, &c.

SECUNDA GRÆCORUM DECLINATIO.

S N. Grammatice, *la Grammatica*. G. Grammatices. D. Grammatice. Acc. Grammaticen. Voc. ò Grammatice. Abl. à Grammatice.

Quæ verò numerum pluralem habent, primam pariter Latinorum sequuntur.

Sic Rhetorice, Arithmetice, Syncope, Calliope, Circe, Pentecoste, & alia, quorum multa, mutato E in A per primam Latinorum Declinationem inflectuntur.

TERTIA DECLINATIO.

Est in *OS*, & *ON* breve, quam terminationem

em Latini vertunt in *US*, & *UM*, ſicut: *Scoros*, *Scorpius*, *Ilion*, *Ilium*, *Tenedos*, *Iſmas*; *Rhodos*, *Delos*. Acc. *Rhodon*, *Delon*. Voc. *elos*, vel *Dele*: cæteris caſibus imitantur Secundam Latinorum.

QUARTA DECLINATIO.

Eſt Atticorum in *OS*, & *ON* longum, ut I. Androgeos. G Androgeo, ſive latinè Androgei, quemadmodum legit Cariſius 1. Æn.

Androgei galeam, clypeique inſigne decorum Induitur ....

Dat. Androgeo. Acc. Androgeon. Voc. Androgeos. Abl. Androgeo.

Ita declinatur Apollo 1.Ep.Paul. ad Cor.1. *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo.*

Sed à Latinis inflectitur etiam per tertiam Declinationem, ut Androgeo, onis. Acc. Androgeona, vel onem. Sic Atho, Athonis,&c.

QUINTA DECLINATIO.

Nominum ſimplicium apud Græcos.

S.N. Lampas, *la facella*. G. lampados, latinè, dis. D.lampadi. Acc. lampada, latinè, dem. Voc. ò lampas. *Sed nonnulla nomina hoc caſu deponunt S*. Abl. à lampade. Plur. Nom. lampades. G. lampadon, latinè, dum. Dat. & Abl. lampaſi, latinè, lampadibus. Acc. lampadas, latinè, des. Voc. lampades.

Sic Nomina, quæ apud Græcos in ultimâ accentum habent, in Accuſativo ſing. exeunt in *A*, vel *dem*, ut *Chlamys*, *Chlamidos*, vel *dis*. Acc. *da*, vel *dem*, non *Chlamyn*.

Nomina verò in Is, & Ys, quæ non habent accentum in ultimâ, habentque literam conſonantem in Gen. ante *OS*, definunt Acc.ſing. in *A*, vel in *Im*, latinè *dem*, ut *Mæotis*, Acc. *Mæotida*, *Mæotim*, *Mæotin*, *Mæotidem*. Sic *Iſis*, *Iſim*, *Iſin*, *Iſida*, *Iſidem*. *Paris*, *Parim*, *Parin*, *Parida*, *Paridem*. Si

Si verò eadem in Is, & Ys, in Gen. sing. non habeant consonantem ante Os, & habeant, sive non habeant accentum in ultimâ, tunc Acc. terminantur non in A, sed in In, vel in Im, ut Nom. *Genesis*, la Generazione. G. *Geneseos*, latinè, *sis*. D. *Genesei*, & *si*. Acc. *Genesin*, & *sim*. V. *ò Genesi*, latinè, *Genesis*. Abl. *à Genesi*.

Ita inflectuntur Hæresis, *Apocalypsis*, rivelazione, *Diœcesis*, giurisdizione, *Charibdis*, *Neapolis*, *Eclipsis*.

Declinationes Contractorum.

Ex quinta Declinatione Nominum simpliciũ oriuntur apud Græcos aliæ quinque Declinationes Contractorum Nominum, quarum, quià apud Latinos non dantur omnes terminationes, tantùm frequentatur Tertia, & Quarta.

Tertia igitur Declinatio Contractorũ unicam habet terminationem in *Eus* generis masculini, ut N. Tereus. G. Tereos, latinè Terei. D. Terei, sive Teri, *Ei* in *I* contracto, latinè Tereo. Acc. Terea, latinè Tereum. Latini nonnunquam, quasi Nom. esset Tereos, dicunt Acc. Tereon. V. Tereu. A. Tereo. Sic Perseus, Proteus, Orpheus, Achilleus, Ulysseus, Moyseus. Unde sunt Genitivi, Achillei, sive Achilli, Ulyssi, Moysi: alioquin declinantur, ut Moyses, seu Moses, is; Achilles, is.

Quarta Declinatio est in O longum fœminini generis, ut N. Dido. G. Didoos, contractè Didûs, Atticè Didos. Acc. Voc. & Abl. Dido. Sive latinè, Dido, onis, & Didois. Dat. Didoni, vel Didoi. Acc. Didonem. Voc. Dido. Abl. Didone. Sic declinantur Erato, Alecto, Calypso, Argo, Clio, Sappho, Echo, & alia.

Declinatio Hebraicorum Nominum.

S. N. Hic Adam. G. & D. Adæ. Acc. Voc.

& Abl.

& Abl. Adam. Sic Abraham, Abrahæ. Juxta latinam autem inflexionem Adamus, mi, &c.

VERBORUM CONJUGATIONES.

Admonitio.

Conjugationes Verborum sunt quatuor. Prima in secunda persona singularis numeri Præsentis. Indicativi desinit in *as*, Imperativo *a*, Infinito *are*; ut *amo*, *amas*, *ama*, *amare*.

Secunda in *es*, imp. *e*, infin. *ere* longum; ut *doceo*, *doces*, *doce*, *docere*.

Tertia in *is*, imp. *e*, inf. *ere* breve; ut *lego*, *legis*, *lege*, *legere*.

Quarta in *is*, imp. *i*, inf. *ire* longum; ut *audio*, *audis*, *audi*, *audire*.

Juxta Activorum modum hinc efformantur quatuor Conjugationes Passivorum; ut ab Amo, *Amor*, *amaris*, imp. *Amare*, inf. *Amari*: à Doceo, *Doceor*, *eris*, *ere*, *eri* longum: à Lego, *Legor*, *eris*, *ere* breve, inf. *Legi*; ab Audio, *Audior*, *iris*, *ire*, *iri* longum.

Personæ sunt tres in utroque numero; ut *amo*, prima; *amas*, secunda; *amat*, tertia. Pl. *amamus*, prima; *amatis*, secunda; *amant*, tertia.

Numeri sunt duo: Singularis, & Pluralis.

Tempora sunt quinque: Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquam perfectum, & Futurum.

Modi verò sunt quatuor: Indicativus, Imperativus, Conjunctivus, Infinitus, sive Infinitivus.

PRIMA CONJUGATIO

Verbi Activi AMO.

INDICATIVI MODI

Tempus Præsens num. Sing.

Amo, *io amo*. Amas, *tu ami*. Amat, *quello ama*. Plur. Amamus, *noi amiamo*.

Ama-

Amatis, *voi amate*. Amant, *quelli amano*.

Præt. imperf. S. Amabam, *io amava*, *o amavo*. Amabas, *tu amavi*. Amabat, *quello amava*. Pl. Amabamus, *noi amavamo*. Amabatis, *voi amavate*. Amabant, *quelli amavano*.

Præt.perf.S. Amavi, *io amai*, *ed ho amato*. Amavisti, *tu amasti*, *ed hai amato*. Amavit, *quello amò*, *ed ha amato*. Pl. Amavimus, *noi amammo*, *ed abbiamo amato*. Amavistis, *voi amaste*, *ed avete amato*. Amaverunt, vel amavere, *quelli amarono*, *ed hanno amato*.

Præt.plusq.perf.S. Amaveram, *io aveva*, *o avevo amato*. Amaveras, *tu avevi amato*. Amaverat, *quello aveva amato*. Pl. Amaveramus, *noi avevamo amato*. Amaveratis, *voi avevate amato*. Amaverant, *quelli avevano amato*.

Futurum S. Amabo, *io amerò*. Amabis, *tu amerai*. Amabit, *quello amerà*. Pl. Amabimus, *noi ameremo*. Amabitis, *voi amerete*. Amabunt, *quelli ameranno*.

IMPERATIVI MODI

Temp.præf.S. Ama, vel amato, *ama tu*. Amato, vel amet, *ami quello*. Pl. Amate, vel amatote, *amate voi*. Amanto, vel ament, *amino quelli*.

CONJUNCTIVI MODI

Temp.præf.S. Cùm amem, *io ami*, *amando*. ames, *tu ami*, *amando*. amet, *quello ami*, *amando*. Pl. Cùm amemus, *noi amiamo*, *amando*. ametis, *voi amiate*, *amando*. ament, *quelli amino*, *amando*.

Præt.imperf.S. Cùm amarem, *io amassi*, *amerei*, *amando*. amares, *tu amassi*, *ameresti*, *amando*. amaret, *quello amasse*, *amerebbe*, *amando*. Pl. Cùm amaremus, *noi amassimo*, *ameremmo*, *amando*. amaretis, *voi amaste*, *amereste*, *amando*. amarent, *quelli amassero*, *amerebbero*, *amando*.

Præt.perf.S. Cùm amaverim, *io abbia amato*, *avendo*

avendo amato. amaveris, *tu abbia amato, avendo amato·* amaverit, *quello abbia amato, avendo amato.* Plur. Cum amaverimus, *noi abbiamo amato, avendo amato.* amaveritis, *voi abbiate amato, avendo amato.* amaverint, *quelli abbiano amato, avendo amato.*

Præt. plusquam perf. Sing. Cùm amavissem, *io avessi, ed avrei amato, avendo amato.* amavisses, *tu avessi, ed avresti amato, avendo amato.* amavisset, *quello avesse, ed avrebbe amato, avendo amato.* Plur. Cùm amavissemus, *noi avessimo, ed avremmo amato, avendo amato.* amavissetis, *voi aveste, ed avreste amato, avendo amato.* amavissent, *quelli avessero, ed avrebbero amato, avendo amato.*

Futur. S. amavero, *io avrò amato.* amaveris, *tu avrai amato.* amaverit, *quello avrà amato.* Plur. amaverimus, *noi avremo amato.* amaveritis, *voi avrete amato.* amaverint, *quelli avranno amato.*

INFINITIVI MODI.

Tempus præsens, S. Amare, *amare, che io amo, tu ami, quello ama.* Plur. amare, *amare; che noi amiamo, voi amate; quelli amano.*

Præt. imperf. S. Amare, *amare, che io amavo, ed amassi; tu amavi, ed amassi; quello amava, ed amasse.* Plur. Amare, *amare, che noi amavamo, ed amassimo; voi amavate, ed amaste; quelli amavano, ed amassero.*

Præt. perf. S. Amavisse, *aver amato, che io amai, ho amato, ed abbia amato; tu amasti, hai amato, ed abbi amato; quello amò, ha amato, ed abbia amato.* Plur. Amavisse, *aver amato; che noi amammo, ed abbiamo amato; voi amaste, avete amato, ed abbiate amato; quelli amarono, hanno amato, ed abbiano amato.*

Præt. plusquàm perf. S. Amavisse, *aver amato,*

to, che io avevo, ed avessi amato ; tu avevi , ed avessi amato ; quello aveva , ed avesse amato . Plur. Amavisse, *aver amato, che noi avevamo, ed avessimo amato; voi avevate, ed aveste amato; quelli avevano , ed avessero amato .*

Futurum S. Amaturum, amaturam, amaturum, esse, *che io amerò, tu amerai, quello amerà.* Pl. amaturos, amaturas, amatura, esse, *che noi ameremo , voi amerete, quelli ameranno.*

Futurum præterito mistum , S. Amaturum, amaturam, amaturum, fuisse , *che io avrei , tu avresti , quello avrebbe amato .* Plur. Amaturos, amaturas, amatura, fuisse, *che noi avremmo, voi avreste, quelli avrebbero amato.*

Gerundia. Amandi , *di amare.* Amandum, *ad amare.* Amando , *amando , con amare .*

Supinum. Amatum , *ad amare .*

Participia Præsentis temporis , & Imperfecti . Amans , tis , *chi ama , amava , amante , amando .*

Futuri . Amaturus , amatura , amaturum , *chi amerà, ha da amare, dee amare, è per amare.*

Sic conjugantur .

Laudo,	as,	avi,	tum,	*lodare.*
Oro,	as,	avi,	tum,	*pregare.*
Ploro,	as,	avi,	tum,	*piagnere.*
Vitupero,	as,	avi,	tum,	*biasimare*
Voco,	as,	avi,	tum,	*chiamare.*

Et plurima alia hujus Conjugationis.

SECUNDA CONJUGATIO
Verbi Activi DOCEO.
INDICATIVI MODI
Tempus præsens num. Sing.

Doceo, *io insegno.* Doces, *tu insegni* . Docet, *quello insegna.* Plur. Docemus, *noi insegnamo* . Docetis , *voi insegnate* . Docent, *quelli insegnano.*

Præt.

Pręt. imp. S. Docebam, *io insegnava*, *ò in-gnavo*. Docebas, *tu insegnavi*. Docebat, *ello insegnava*. Pl. Docebamus, *noi inse-avamo*. Docebatis, *voi insegnavate*. Do-bant, *quelli insegnavano*.

Præt.perf. S. Docui, *io insegnai*, *ed ho inse-ato*. Docuisti, *tu insegnasti*, *ed hai insegnato*. Docuit, *quello insegnò*, *ed ha insegnato*. Pl. Do-uimus, *noi insegnammo*, *ed abbiamo insegna-o*. Docuistis, *voi insegnaste*, *ed avete insegna-o*. Docuerunt, vel docuêre, *quelli insegna-ono*, *ed hanno insegnato*.

Præt. plusquàm perf. S. Docueram, *io ave-va*, *ò avevo insegnato*. Docueras, *tu avevi in-segnato*. Docuerat, *quello aveva insegnato*. Pl. Docueramus, *noi avevamo insegnato*. Docueratis, *voi avevate insegnato*. Docuerant, *quelli avevano insegnato*.

Futur. S. Docebo, *io insegnerò*. Docebis, *tu insegnerai*. Docebit, *quello insegnerà*. Plur. Docebimus, *noi insegneremo*. Docebitis, *voi insegnerete*. Docebunt, *quelli insegneranno*.

IMPERATIVI MODI.

Tempus præs. S. Doce, vel Doceto, *insegna tu*. Doceto, vel doceat, *insegni quello*. Plur. Docete, vel docetote, *insegnate voi*. Docento, vel doceant, *insegnino quelli*.

CONJUNCTIVI MODI

Tempus præs. S. Cùm Doceam, *io insegni*, *insegnando*. Doceas, *tu insegni*, *insegnando*. Doceat, *quello insegni*, *insegnando*. Pl. Cùm Doceamus, *noi insegnamo*, *insegnando*. Doceatis, *voi insegnate*, *insegnando*. Doceant, *quelli insegnino insegnando*.

Præt.imperf. S.Cùm Docerem, *io insegnassi*, *insegnerei*, *insegnando*. Doceres, *tu insegnassi*, *insegneresti*, *insegnando*. Doceret, *quello inse-*

gnasse, insegnerebbe, insegnando. Plur. Cùm Doceremus, *noi insegnassimo, insegneremmo, insegnando*. Doceretis, *voi insegnaste, insegnereste, insegnando*. Docerent, *quelli insegnassero, insegnerebbero, insegnando*.

Præt. perf. S. Cùm Docuerim, *io abbia insegnato, avendo insegnato*. Docueris, *tu abbi insegnato, avendo insegnato*. Docuerit, *quello abbia insegnato, avendo insegnato*. Pl. Cùm Docuerimus, *noi abbiamo insegnato, avendo insegnato*. Docueritis, *voi abbiate insegnato, avendo insegnato*. Docuerint, *quelli abbiano insegnato, avendo insegnato*.

Præt. plusf. perf. S. Cùm Docuissem, *io avessi, avrei insegnato, avendo insegnato*. Docuisses, *tu avessi, avresti insegnato, avendo insegnato*. Docuisset, *quello avesse, avrebbe insegnato, avendo insegnato*. Pl. Cùm Docuissemus, *noi avessimo, avremmo insegnato, avendo insegnato*. Docuissetis, *voi aveste, avreste insegnato, avendo insegnato*. Docuissent, *quelli avessero, avrebbero insegnato, avendo insegnato*.

Futur. S. Docuero, *io avrò insegnato*. Docueris, *tu avrai insegnato*. Docuerit, *quello avrà insegnato*. Pl. Docuerimus, *noi avremo insegnato*. Docueritis, *voi avrete insegnato*. Docuerint, *quelli avranno insegnato*.

INFINITIVI MODI.

Tempus præs. Sing. Docere, *insegnare, che io insegno; tu insegni, quello insegna*. Pl. Docere, *insegnare, che noi insegnamo, voi insegnate, quelli insegnano*.

Præt. imp. S. Docere, *insegnare, che io insegnavo, ed insegnassi; tu insegnavi, ed insegnassi; quello insegnava, ed insegnasse*. Pl. Docere, *insegnare, che noi insegnavamo, ed insegnassimo; voi insegnavate, ed insegnaste; quelli insegnavano, ed insegnassero*.

Præt.

?ræt. perf.S.Docuisse, *aver insegnato, che io* *'gnai,ho insegnato,ed abbia insegnato; tu in-* *asti,hai insegnato, ed abbi insegnato; quello* *:gnò, ha insegnato, ed abbia insegnato.* Pl. cuisse, *aver insegnato, che noi insegnammo,* *ibbiamo insegnato; voi insegnaste,avete inse-* *tto, ed abbiate insegnato; quelli insegnarono,* *ino insegnato, ed abbiano insegnato.*

Pręt.pluf.perf. S. Docuisse, *aver insegnato,* *' io avevo, ed avessi insegnato; tu avevi, ed* *essi insegnato; quello aveva, ed avesse inse-* *ato.* Pl. Docuisse, *aver insegnato, che noi* *evamo, ed avessimo insegnato; voi avevate,* *aveste insegnato; quelli avevano, ed avessero* *'egnato.*

Futur. S. Doctūrum, ram, rum, esse, *che* *insegnerò; tu insegnerai, quello insegnerà.* . Doctūros, ras, ra, esse, *che noi insegnere-* *), voi insegnerete, quelli insegneranno.*

Futur.præt.mistum S. Doctūrum,ram, rum, isse, *che io avrei, tu avresti,quello avrebbe in-* *gnato.* Pl. Doctūros, ras, ra, fuisse, *che noi* *vremmo,voi avreste,quelli avrebbero insegnato*

Gerundia. Docendi, *d'insegnare.* Docen-im, *ad insegnare.* Docendo, *insegnando,* *n insegnare.*

Supinum. Doctum, *ad insegnare.*

Participia, Temp. præs. & imperf. Docens, s, *chi insegna, insegnava, insegnando.*

Futuri, Doctūrus, ra, rum, *chi insegnerà,* *t da insegnare, dee insegnare, è per insegnare.*

Sic conjugantur.

ıbeo, es, jussi, jussum, *comandare.*
[onco, es, monui, monitum, *avvisare.*
:abeo, es, habui, habitum, *avere.*
ımpleo, es, plevi, pletum, *empiere.*

Et multa alia hujus Conjugationis.

TERTIA CONJUGATIO.

Verbi Activi LEGO.

INDICATIVI MODI

Tempus præsens num. Sing.

LEgo, *io leggo*. Legis, *tu leggi*. Legit, *quello legge*. Pl. Legimus, *noi leggiamo*. Legitis, *voi leggete*. Legunt, *quelli leggono*.

Præt imperf. S. Legebam, *io leggeva, ò leggevo*. Legebas, *tu leggevi*. Legebat, *quello leggeva*. Pl. Legebamus, *noi leggevamo*. Legebatis, *voi leggevate*. Legebant, *quelli leggevano*.

Præt. perf. S. Legi, *io lessi, ed ho letto*. Legisti, *tu leggesti, ed hai letto*. Legit, *quello lesse, ed ha letto*: Pl. Legimus, *noi leggemmo, ed abbiamo letto*. Legistis, *voi leggeste, ed avete letto*. Legerunt, vel legêre, *quelli lessero, ed hanno letto*.

Præt. plusq. perf. S. Legeram, *io avevo letto*. Legeras, *tu avevi letto*. Legerat, *quello aveva letto*. Pl. Legeramus, *noi avevamo letto*. Legeratis, *voi avevate letto*. Legerant, *quelli avevano letto*.

Futur. S. Legam, *io leggerò*. Leges, *tu leggerai*. Leget, *quello leggerà*. Pl. Legemus, *noi leggeremo*. Legetis, *voi leggerete*. Legent, *quelli leggeranno*.

IMPERATIVI MODI

Temp. præs. S. Lege, vel legito, *leggi tu*. Legito, vel legat, *legga quello*. Plur. Legite, vel legitote, *leggete voi*. Legunto, vel legant, *leggano quelli*.

CONJUNCTIVI MODI

Temp. præs. S. Cùm legam, *io legga, leggendo*. Legas, *tu leggi, leggendo*. Legat, *quello legga, leggendo*. Pl. Cùm Legamus, *noi leggiamo, leggendo*. Legatis, *voi leggiate, leggendo*. Legant, *quelli leggano, leggendo*.

Præt.

Præt. imp. S. Cùm legerem, *io leggessi*, *leg-*
rei, *leggendo*. Legeres, *tu leggessi*, *leggesti*,
gendo. Legeret, *quello leggesse*, *leggerebbe*,
gendo. Pl. Cùm legeremus, *noi leggessimo*,
geremmo, *leggendo*. Legeretis, *voi leggeste*,
gereste, *leggendo*. Legerent, *quelli leggessero*,
gerebbero, *leggendo*.

Præt. perf. S. Cùm legerim, *io abbia letto*,
endo letto. Legeris, *tu abbi letto*, *avendo*
to. Legerit, *quello abbia letto*, *avendo letto*.
Cùm legerimus, *noi abbiamo letto*, *avendo*
to. Legeritis, *voi abbiate letto*, *avendo letto*.
gerint, *quelli abbiano letto*, *avendo letto*.

Præt. plusq. perf. Cùm legissem, *io avessi*, *a-*
ri letto, *avendo letto*. Legisses, *tu avessi*, *avre-*
letto, *avendo letto*. Legisset, *quello avesse*,
rebbe letto, *avendo letto*. Plur. Cùm legisse-
mus, *noi avessimo*, *avremmo letto*, *avendo letto*.
gissetis, *voi aveste*, *avreste letto*, *avendo let-*
Legissent, *quelli avessero*, *avrebbero letto*,
ndo letto.

Futur. S. Legero, *io avrò letto*. Legeris, *tu*
rai letto. Legerit, *quello avrà letto*. Pl. le-
rimus, *noi avremo letto*. Legeritis, *voi avre-*
etto. Legerint, *quelli avranno letto*.

INDICATIVI MODI

Tempus præs. S. Legere, *leggere*, *che io leg-*
tu leggi, *quello legge*. Pl. legere, *leggere*, *che*
leggiamo, *voi leggete*, *quelli leggono*.

Præt. imperf. S. Legere, *leggere*, *che io leg-*
o, *leggessi*; *tu leggevi*, *leggessi*; *quello legge-*
, *leggesse*. Pl. Legere, *leggere*, *che noi legge-*
mo, *leggessimo*; *voi leggevate*, *leggeste*; *quelli*
gevano, *leggessero*.

Præt. perf. S. Legisse, *aver letto*, *che io lessi*,
letto, *ed abbia letto*; *tu leggesti*, *hai letto*, *ed*
i letto; *quello lesse*, *ha letto*, *ed abbia letto*.

Pl Legisse, *aver letto, che noi leggemmo, ed abbiamo letto; voi leggeste, avete letto, ed abbiate letto; quelli lessero, hanno letto, ed abbiano letto.*

Præt. plusf. perf. S. Legisse, *aver letto, che io avevo, ed avessi letto; tu avevi, ed avessi letto; quello aveva, ed avesse letto.* Pl. Legisse, *aver letto, che noi avevamo, ed avessimo letto; voi avevate, ed aveste letto; quelli avevano, ed avessero letto.*

Futur. S. Lecturum, lecturam, lecturum, esse, *che io leggerò, tu leggerai, quello leggerà.* Pl. Lecturos, lecturas, lectura, esse, *che noi leggeremo, voi leggerete, quelli leggeranno.*

Futur. præt. mist. S. Lecturum, lecturam, lecturum, fuisse, *che io avrei, tu avresti, quello avrebbe letto.* Pl. Lecturos, lecturas, lectura, fuisse, *che noi avremmo, voi avreste, quelli avrebbero letto.*

Gerundia. Legendi, *di leggere.* Legendum, *a leggere.* Legendo, *leggendo, con leggere.*

Supinum. Lectum, *a leggere.*

Participia. Temp. præs. & imperf. Legens, legentis, *chi legge, leggeva, leggendo.*

Futur. Lecturus, lectura, lecturum, *chi leggerà, ha da leggere, dee leggere, è per leggere.*

Sic conjugantur

Emo,	is,	emi,	emptum,	*comprare.*
Quæro,	ris,	sivi,	tum,	*cercare.*
Solvo,	is,	solvi,	utum,	*sciogliere.*
Vinco,	is,	vici,	victum,	*vincere &c.*

QUARTA CONJUGATIO
Verbi Activi AUDIO.
INDICATIVI MODI
Tempus præsens num. Sing.

Audio, *io odo.* Audis, *tu odi.* Audit, *quello ode.* Pl. Audimus, *noi udiamo.* Auditis, *voi*

oi udite. Audiunt, *quelli odono*.

Præt. imperf. S. Audiebam, *io udiva, ò udivo*. Audiebas, *tu udivi*. Audiebat, *quello udiva*. Pl. Audiebamus, *noi udivamo*. Audiebatis, *voi udivate*. Audiebant, *quelli udivano*.

Præt. perf. Sing. Audivi, *io udii, ed ho udito*. Audivisti, *tu udisti, ed hai udito*. Audivit, *quello udì, ed ha udito*. Pl. Audivimus, *noi udimmo, ed abbiamo udito*. Audivistis, *voi udiste, ed avete udito*. Audiverunt, vel audivêre, *quelli udirono, ed hanno udito*.

Præt. plus. perf. S. Audiveram, *io avevo udito*. Audiveras, *tu avevi udito*. Audiverat, *qello aveva udito*. Pl. Audiveramus, *noi avevamo udito*. Audiveratis, *voi avevate udito*. Audiverant, *quelli avevano udito*.

Futur. S. Audiam, *io udirò*. Audies, *tu udirai*. Audiet, *quello udirà*. Pl. Audiemus, *noi udiremo*. Audietis, *voi udirete*. Audient, *quelli udiranno*.

IMPERATIVI MODI

Tempus præs. S. Audi, vel audito, *odi tu*. Audito, vel audiat, *oda quello*. Pl. Audite, vel auditote, *udite voi*. Audiunto, vel audiant, *odano quelli*.

CONJUNCTIVI MODI

Tempus præs.S. Cùm audiam, *io oda, udendo*. Audias; *tu odi, udendo*. Audiat, *quello oda, udendo*. Pl. Cùm audiamus, *noi udiamo, udendo*. Audiatis, *voi udiate, udendo*. Audiant, *quelli odano, udendo*.

Præt.imperf.S. Cùm audirem, *io udissi, udirei udendo*. Audires, *tu udissi, udiresti, udendo*. Audiret, *quello udisse, udirebbe, udendo*. Pl. Cùm audiremus, *noi udissimo, udiremmo, udendo*. Audiretis, *voi udiste, udireste, udendo*. Audirent, *quelli udissero, udirebbero, udendo*.

Præt.perf.S.Cùm audiverim, *io abbia udito, avendo udito*. Audiveris, *tu abbia udito, avendo udito*. Audiverit, *quello abbia udito, avendo udito*. Plur. Cùm audiverimus, *noi abbiamo udito, avendo udito*. Audiveritis, *voi abbiate udito, avendo udito*. Audiverint, *quelli abbiano udito, avendo udito*.

Præt.pluſ.perf.S. Cùm audiviſſem, *io aveſſi, avrei udito, avendo udito*. Audiviſſes, *tu aveſſi, avreſti udito, avendo udito*. Audiviſſet, *quello aveſſe, avrebbe udito, avendo udito*. Pl. Cùm audiviſſemus, *noi aveſsimo, avremmo udito, avendo udito*. Audiviſſetis, *voi aveſte, avreſte udito, avendo udito*. Audiviſſent, *quelli aveſſero, avrebbero udito, avendo udito*.

Futur.S.Audivero, *io avrò udito*. Audiveris, *tu avrai udito*. Audiverit, *quello avrà udito*. Pl. Audiverimus, *noi avremo udito*. Audiveritis, *voi avrete udito*. Audiverint, *quelli avranno udito*.

INFINITIVI MODI

Temp. præſ. S. Audire, *udire, che io odo, tu odi, quello ode*. Pl. Audire, *udire, che noi udiamo, voi udite, quelli odono*.

Præt. imperf. S. Audire, *udire, che io udivo, udiſsi; tu udivi, udiſsi; quello udiva, udiſse*. Pl. Audire, *udire, che noi udivamo, udiſsimo; voi udivate, udiſte; quelli udivano, udiſſero*.

Præt.perf.S.Audiviſſe, *aver udito, che io udii, ho udito, ed abbia udito; tu udiſti, hai udito, ed abbi udito; quello udì, ha udito, ed abbia udito*. Pl. Audiviſſe, *aver udito, che noi udimmo, ed abbiamo udito; voi udiſte; avete udito, ed abbiate udito; quelli udirono, hanno udito, ed abbiano udito*.

Præt. pluſ.perf.S. Audiviſſe, *aver udito, che io avevo, ed aveſsi udito; tu avevi, ed aveſsi udito,*

udito; quello aveva, ed avesse udito. Pl. Audivisse, *aver udito, che noi avevamo, ed avessimo udito; voi avevate, ed aveste udito; quelli avevano, ed avessero udito.*

Futur. S. Auditurum, ram, rum, esse, *che io udirò, tu udirai, quello udirà.* Pl. Audituros, ras, ra, esse, *che noi udiremo, voi udirete, quelli udiranno.*

Futur. præt. mistum S. Auditurum, ram, rum, fuisse, *che io avrei udito, tu avresti udito, quello avrebbe udito.* Pl. Audituros, ras, ra, fuisse, *che noi avremmo, voi avreste, quelli avrebbero udito.*

Gerundia. Audiendi, *di udire.* Audiendum, *ad udire.* Audiendo, *udendo, con udire.*

Supinum. Auditum, *ad udire.*

Participia. Temp. præs. & imperf. Audiens, tis, *chi ode, udiva, udendo.*

Futur. Auditurus, ra, rum, *chi udirà, ha da udire, dee udire, è per udire.*

Sic conjugantur.

Erudio,	is,	ivi,	itum,	*ammaestrare.*
Nutrio,	is,	ivi,	itum,	*nutrire.*
Sentio,	is,	sensi,	sensum,	*sentire.*
Vestio,	is,	stivi,	stitum,	*vestire.*

CONJUGATIO
Verbi Substantivi SUM.
INDICATIVI MODI
Tempus præsens num. Sing.

SUm, *io sono.* Es, *tu se'.* Est, *quello è.* Plur. Sumus, *noi siamo.* Estis, *voi siete.* Sunt. *quelli sono.*

Præt. imperf. Sing. Eram, *io era, ò ero.* Eras, *tu eri.* Erat, *quello era.* Pl. Eramus, *noi eramo, ò eravamo.* Eratis, *voi eri, erate, ò eravate.* Erant, *quelli erano.*

Præt. perf. Sing. Fui, *io fui*, *e sono stato*. Fuisti, *tu fosti*, *e se' stato*. Fuit, *quello fu*, *ed è stato*. Pl. Fuimus, *noi fummo*, *e siamo stati*. Fuistis, *voi foste*, *e siete stati*. Fuerunt, vel fuêre, *quelli furono*, *e sono stati*.

Præt. plusq. perf. Sing. Fueram, *io ero stato*. Fueras, *tu eri stato*. Fuerat, *quello era stato*. Pl. Fueramus, *noi eramo stati*. Fueratis, *voi erate stati*. Fuerant, *quelli erano stati*.

Futur. Sing. Ero, *io sarò*. Eris, *tu sarai*. Erit, *quello sarà*. Pl. Erimus, *noi saremo*. Eritis, *voi sarete*. Erunt, *quelli saranno*.

IMPERATIVI MODI

Tempus præs. Sing. Es, vel esto, *sii tu*. Esto, vel sit, *sia quello*. Pl. Este, vel estote, *siate voi*. Sunto, vel sint, *sieno quelli*.

CONJUNCTIVI MODI

Tempus præs. Sing. Cùm sim, *io sia essendo*. Sis, *tu sii*, *essendo*. Sit, *quello sia*, *essendo*. Plur. Cùm simus, *noi siamo*, *essendo*. Sitis, *voi siate*, *essendo*. Sint, *quelli siano essendo*.

Præt. imperf. Sing. Cùm essem, *io fossi*, *e sarei*, *essendo*. Esses, *tu fossi*, *e saresti essendo*. Esset, *quello fosse*, *e sarebbe*, *essendo*. Pl. Cùm essemus, *noi fossimo*, *e saremmo*, *essendo*. Essetis, *voi foste*, *e sareste*, *essendo*. Essent, *quelli fossero*, *e sarebbero*, *essendo*.

Præt. perf. Sing. Cùm fuerim, *io sia stato*, *essendo stato*. Fueris, *tu sii stato*, *essendo stato*. Fuerit, *quello sia stato*, *essendo stato*. Pl. Cùm fuerimus, *noi siamo stati*, *essendo stati*. Fueritis, *voi siate stati*, *essendo stati*. Fuerint, *quelli siano stati*, *essendo stati*.

Præt. plus. perf. S. Cùm fuissem, *io fossi*, *e sarei stato*, *essendo stato*. Fuisses, *tu fossi*, *e saresti stato*, *essendo stato*. Fuisset, *quello fosse*, *sarebbe stato*, *essendo stato*. Pl. Cùm fuissemus,

oi fossimo, e saremmo stati, essendo stati. Fuissetis, *voi foste, e sareste stati, essendo stati.* Fuissent, *quelli fossero, e sarebbero stati, essendo stati.*

Futur. Sing. Fuero, *io sarò stato.* Fueris, *tu sarai stato.* Fuerit, *quello sarà stato.* Pl. Fuerimus, *noi saremo stati.* Fueritis, *voi sarete stati.* Fuerint, *quelli saranno stati.*

INFINITIVI MODI

Temp. præs. Sing. Esse, *essere, che io sono, tu se', quello è.* Pl. Esse, *essere, che noi siamo, voi siate, quelli sono.*

Præt. imperf. Sing. Esse, *essere, che io ero, e fossi; tu eri, e fossi; quello era, e fosse.* Pl. Esse, *essere, che noi eramo, e fossimo; voi erate, e foste; quelli erano, e fossero.*

Præt. perf. Sing. Fuisse, *essere stato, che io fui, sono stato, e sia stato; tu fosti, se' stato, e sii stato; quello fu, è stato, e sia stato.* Plur. Fuisse, *essere stati; che noi fummo, e siamo stati; voi foste, e siete stati; quelli furono, sono stati, e sieno stati.*

Præt. plusq. perf. Sing. Fuisse, *essere stato, che io erò, e fossi stato; tu eri, e fossi stato; quello era, e fosse stato.* Pl. Fuisse, *essere stati, che noi eramo, e fossimo stati; voi erate, e foste stati; quelli erano, e fossero stati.*

Futur. Sing. Fore, vel futurum, futuram, futurum, esse, *che io sarò, tu sarai, quello sarà.* Pl. Fore, vel futuros, futuras, futura, esse, *che noi saremo, voi sarete, quelli saranno.*

Futur. præt. mist. Sing. Futurum, ram, rum, fuisse, *che io sarei stato, tu saresti stato, quello sarebbe stato.* Pl. Futuros, ras, ra, fuisse, *che noi saremmo stati, voi sareste stati, quelli sarebbero stati.*

Participium Futuri. Futurus, ra, rum, *chi sarà, ha da essere, dee essere, è per essere.*

Sic inflectuntur.

Absum,	es,	fui,	*esser lontano.*
Adsum,	es,	fui,	*esser presente.*
Desum,	es,	fui,	*mancare.*
Obsum,	es,	fui,	*nuocere.*
Prosum,	es,	fui,	*giovare, &c.*

Verbum Prosum *interponit* D, *cum* Sum *incipit à vocali*, ut Prosum, prodes, prodest, proderam, &c.

PRIMA CONJUGATIO
Verbi Passivi AMOR.

INDICATIVI MODI
Tempus præsens Singulari numero.

AMor, *io sono amato*. Amaris, vel amare, *tu se' amato.* Amatur, *quello è amato*. Pl. Amamur, *noi siamo amati*. Amamini, *voi siete amati*. Amantur, *quelli sono amati*.

Præt. imperf. Sing. Amabar, *io ero amato*. Amabaris, vel amabare, *tu eri amato*. Amabatur, *quello era amato*. Pl. amabamur, *noi eramo amati*. Amabamini, *voi erate amati*. Amabantur, *quelli erano amati*.

Præt.perf.Sing.amatus,ta,tum,sum, vel fui, *io fui, e sono stato amato.* Amatus es, vel fuisti, *tu fosti, e se' stato amato*. Amatus est, vel fuit, *quello fu, ed è stato amato.* Pl. Amati, tæ, ta, sumus,vel fuimus,*noi fummo, e siamo stati amati*. Amati estis, vel fuistis, *voi foste, e siete stati amati*. Amati sunt, fuerunt, vel fuère, *quelli furono, e sono stati amati*.

Præt.plusq.perf.Sing. amatus,ta,tum,eram, vel fueram,*io ero stato amato.* Amatus eras,vel fueras, *tu eri stato amato.* Amatus erat,vel fuerat, *quello era stato amato.* Plur.amati, tæ, ta, eramus, vel fueramus, *noi eramo stati amati*.

Amati

mati eratis, vel fueratis, *voi erate stati ama-*
Amati erant, vel fuerant, *quelli erano stati*
nati.

Futur. Sing. Amabor, *io sarò amato.* Amabe-
s, vel amabere, *tu sarai amato.* Amabitur,
uello sarà amato. Pl. amabimur, *noi saremo*
mati. Amabimini, *voi sarete amati.* Ama-
untur, *quelli saranno amati.*

IMPERATIVI MODI

Temp. præs. Sing. amare, vel amator, *sii ama-*
o tu. Amator, vel ametur, *sia amato quello.* Pl.
maminor, vel amemini, *siate amati voi.* Aman-
tor, vel amentur, *sieno amati quelli.*

CONJUNCTIVI MODI

Temp. præs. Sing. Cùm amer, *io sia amato, essendo amato.* Ameris, vel amêre, *tu sii amato, essendo amato.* Ametur, *quello sia amato, essendo amato.* Pl. Cùm amemur, *noi siamo amati, essendo amati.* Amemini, *voi siate amati, essendo amati.* Amentur, *quelli sieno amati, essendo amati.*

Participium, Perf. & plusq. perf. Cœptus, pta, ptum, *cosa cominciata.*

IMPERSONALIUM Conjugatio.

Indicativi Præsens.

POenitet, *io mi pento, tu ti penti, quello si pente; noi ci pentiamo, voi vi pentite, quelli si pentono.*

Ita sub una voce latinâ in omnibus temporibus variat Italicam significationem.

Imperf. Pœnitebat, *io mi pentiva, o pentivo; tu ti pentivi, &c.*

Perf. Pœnituit, *io mi pentii, e mi son pentito: tu ti pentisti, e ti sei pentito, &c.*

Plusq. perf. Pœnituerat, *io mi era pentito, tu ti eri, &c.*

Futur. Pœnitebit, *io mi pentirò, tu ti pentirai, &c.*

Utimur Conjunctivi præsente pro Imperativo.

Conjunctivi præsens. Cùm pœniteat, *io mi penta, pentendomi, tu ti penta, &c.*

Imperf. Cùm pœniteret, *io mi pentissi, mi pentirei, pentendomi; tu ti pentissi, &c.*

Perf.

Perf. Cùm pœnituerit, *io mi sia pentito, essendomi pentito, tu ti sia, &c.*

Plusq. perf. Cùm pœnituisset, *io mi fossi, e sarei pentito, essendomi pentito, tu ti fossi, &c.*

Futur. pœnituerit, *io mi sarò pentito, tu ti sarai, &c.*

Infinitivi præs. & imperf. pœnitere, *pentirsi, che io mi pento, e pentivo; tu ti penti, &c.*

Per. & plusq. perf. pœnituisse, *essersi pentito, che io mi pentii, mi son pentito, e mi sia pentito, e mi ero, o fossi pentito, &c.*

Gerundia. pœnitendi, pœnitendum, pœnitendo.

Participia præs. & imperf. pœnitens, entis, *chi si pente, o si pentiva.*

Sicut pœnitet, *in tertiis duntaxat personis singularis numeri imitatur Verbum* Doceo: *ita reliqua activæ inflexionis Impersonalia aliquod Conjugationum Verbum imitantur. Quædam tamen, quæ Impersonalia dicuntur, pluralis personæ vocem admittunt, veluti* Decet, decent; Attinet, attinent, &c.

Impersonalia item passivæ vocis sese unicâ singulari persona Passivorum formulis accommodant, significatione tamen neutrâ, ut Pugnatur, *si combatte*. Pugnabatur, *si combatteva.* Pugnatum est, *si combatte, e si è combattuto, &c. Sic* servitur, *si serve.* serviebatur, *si serviva, &c.*

Aliorum DEFECTIVORUM Conjugatio.

Indicativi præsens Sing.

Es, Comes.	*tu mangi.*	est. comest.	*quello mangia.*

Imperativi Præsens Sing.

Es, vel esto, Comes, vel comesto,	*mangia tu.*
Esto, Comesto,	*mangi quello.*

Conjunctivi Imperf.

S. Cùm Esſem, eſses, eſset, (Comeſſem, comeſſes, comeſſet, (*Io mangiaſſi, mangerei, mangiando, &c.*

P. Cùm Esſemus, eſsetis, eſsent, (Comeſſemus, comeſſetis, comeſſent (*Noi mangiaſſimo, mangeremmo, mangiando, &c.*

Infinitivi Præſens, & Imperf.

S. & P. Eſſe, (Comeſſe (*mangiare, ch'io mangio, &c.*

PASSIVE.

Eſtur, *è mangiato, è conſumato.* Cætera deſunt.

Sic habetur.

Indicativi, Præſ. exeſt, *quello conſuma.*
Infinitivi, exeſse, *conſumare.*

Indicativi Præſen. Sing.

INquam, *io dico*. inquis, inquit. Plur. Inquimus, inquitis, inquiunt.

Imperf. Sing. Inquiebat, & inquibat, *quello diceva*. Plur. Inquiebant, *quelli dicevano*.

Perf. Sing. Inquiſti, *tu diceſti, & hai detto.* inquit, *quello diſſe, & ha detto*.

Fut. Sing. Inquies, *tu dirai*. inquiet.

Imperat. præſ. Sing. Inque, vel inquito, *dì tu.*

Participium. Inquiens, entis, *chi dice, o diceva*. Cætera non videntur in uſu.

Indicat. Præſ. Sing.

AJo, *io dico*. ais, ait. Plur. Ajunt, *quelli dicono*.

Imperf. S. Ajebam, *io dicevo*. ajebas, ajebat. Pl. Ajebamus, *noi dicevamo*. ajebatis, ajebant.

Perf. Sing. Aiſti, *tu diceſti*. Plur. Aiſtis, *voi diceſte*. Ajerunt, *quelli diſſero*.

Imperat. Ai, *di tu*. Nævius enim dixit: *Vel ai, vel nega*.

Conjunct. Præs. Sing. Ajam, *io dica*. ajas, *tu dichi*. ajat, *quello dica*. Plur. ajamus, *noi diciamo*. ajatis, *voi diciate*. ajant, *quelli dicano*.

Particip. Ajens, entis, *chi dice, diceva, dicendo*.

Conjunctivi Præs. & Perf. Sing.

FAxim, *io faccia, abbia fatto, avendo fatto*. faxis, faxit. Plur. Faximus, *noi facciamo, abbiamo fatto, avendo fatto*. faxitis, faxint.

Futur. Sing. Faxo, *io farò, ed avrò fatto*. faxis, faxit. Plur. Faximus, *noi faremo, e avremo fatto*. faxitis, faxint.

Conjunctivi Imperf. Sing.

FOrem, *io fossi, e sarei essendo*. fores, foret. Plur. Forent, *quelli fossero, e sarebbero, essendo*.

Futur. Infinit. Fore, *che io farò, tu farai, &c.*

Conjunctivi Præs. Sing.

AUsim, *io ardisca, ardirei*. ausis, ausit. Plur. Ausimus, ausitis, ausint.

Indicativi Præs. Sing.

QUæso, *io prego*. Plur. Quæsumus, *noi preghiamo*.

Hoc verbum apud Comicos habet nonnullas alias personas.

Imper. Præs. Sing.

AVe, vel aveto, *Dio ti salvi*. Aveto, *Dio lo salvi*. Plur. Avete, vel avetote. *Dio vi salvi*.

Impe-

SAlve, vel salveto, *sii tu salvo*. salveto. Plur. Salvete, *siate salvi*.
Futur. Indic. Salvebis, *sarai salvo*.
Infinit. Salvere, *esser salvo, o esser salutato*.

APage, *levati di quì*. Plur. Apagite, *levatevi di quì*.

Indicativi Præt. Perf. Sing.

INfit, *quello cominciò*. pro *cœpit*.

Imperativi Præs. Sing.

CEdo, *di tu, ò da tu*.

Observatio.

Dico, Duco, Facio, Fero, *in Imperativo Modo per Apocopen faciunt* : Dic, Duc. Fac, Fer. *Idem fit in compositis, ut*, Induc, Prædic, Benefac, Perfer, &c. Interdum tamen Poëtæ negligunt Apocopen, ut *face* apud Ovidium. *abduce, traduce*, apud Terentium. pro fac, *abduc, &c. Sed composita à* Facio *si mutant A in I, integra sunt, ut* Affice, effice, confice, &c.

Dor, *&* For *non sunt usitata, sed in aliis personis*, Daris, Dare, Datur; Faris, Fare, Fatur. *composita tamen a* Dor, *inveniuntur, ut*, Reddor, &c.

In Imperativo à Scio, *ne dicas* Sci, *sed* Scito.

Comici usurpant : Duim, Duis : *pro* Dem, Des. Perduim, Perduis, *pro* Perdam, Perdas, *& hujusmodi voces obvia sunt apud ipsos.*

DE ETYMOLOGIA LINGUÆ LATINÆ

LIBER SECUNDUS

Pro Mediâ Scholâ Grammaticæ.

In Istitutiones Grammaticas

Præludium.

GRammatica est ars benè loquendi. Ejus partes sunt quatuor. 1. Orthographia, græcè quasi ὀρθὴ γραφὴ, latinè recta scriptura. 2. Prosodia, latinè accentus, seu tonus. 3. Etymologia, quæ est ratio originis. 4. Syntaxis idest Constructio.

Nam ad rectam, & concinnam locutionem quatuor requiruntur. 1. Littera, quæ est elementum syllabæ, ut: *a*, *b*, *c*, *d*, 2. Syllaba, quæ ex unâ, aut ex pluribus litteris formatur, ut *a*, *ni*, *mans*. 3. Dictio, seu Vox, quæ constat ex unâ, aut ex pluribus syllabis, ut: *ars*, *amare*. 4. Oratio, sive Sermo suis partibus aptè contextus, ut: *Magister docet; Discipuli sedulam operam litteris navant*.

Proinde 1. Ortographia tradit cognitionem litterarum, & earum differentias docet, ac emendatè scribere; ut *Doctor*, non *dottor*; *precor*, non *pracor*: *dux*, non *dus*.

Litteræ tres, & viginti vulgò enumerantur: A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z, ex quibus sunt Vocales vocem per se efficientes, A, e, i, o, u, y; quarum ultima in Græcis dictionibus tantùm locum habet. Cæteræ dicuntur Consonantes,

quia

quia adjunctæ vocalibus sonant: sic enim efferuntur, be, ce, de, ef, ge, hacca, kappa, el, em, en, pe, qu, er, es, te, ix, zeta, E vocalibus quinque fiunt Diphthongi, æ, au, ei, eu, oe, ut, ætas, aula, queis, Euripus, mœnia; sed in æ, œ, ei, in fine, e, & i, tantùm enunciantur. *Reliqua litterarum distinctio patebit initio quarti libri.*

De Ortographiâ consulantur alii, qui de illâ fusiùs scripserunt. Nos pauca in calce notabimus.

2 Prosodia docet longitudinem, & brevitatem Syllabarum: *de qua agetur quarto libro.*

3 Etymologia, non solùm rimatur, ac, exponit dictionum origines; ut *Consul* dicitur à *Consulendo*; & *Homo* ab *Humo*: sed etiam earum significationem, & differentias docet, & quæ ad rudimenta spectant: *de qua in secundo hoc libro.*

4 Syntaxis docet aptè connectere inter se voces, & construere Orationem. *De hoc in tertio libro.*

De Partibus Orationis.

VOcum, seu Dictionum species, quas Etymologia explicat, & partes Orationis vocantur sunt octo. 1. Nomen. 2. Pronomen. 3. Verbum. 4. Participium. 5. Adverbium. 6. Præpositio. 7. Interjectio. 8. Conjunctio. Primæ quatuor declinantur; reliquæ sunt indeclinabiles.

DE NOMINE CAP. I.

NOmen, quod rem sine temporis differentiâ significat, duplex est; Substantivum & adjectivum.

Substantivum additum Verbo perfectam reddit sententiam, ut *Magister docet; vos virtutem sequimini; equus currit.*

Prætereà declinatur per unicam vocem, atque

que unicum articulum ; ut *hæc musa*, *hic dominus* ; aut per duplicem articulum, ut *hic*, *& hæc hostis*.

Articuli, hoc est notæ generis, sunt tres, *Hic*, *Hæc*, *Hoc*. *Hic*, notat genus masculinum: *Hæc*, fœmininum: *Hoc* neutrum.

Adjectivum verò perfectam sententiam non efficit, nisi addas, aut intelligas substantivum: ut, *doctus*, *docet*: nisi addas, aut intelligas, *Magister*, aut quis alius.

Præterea habet tres terminationes, totidemque articulos; ut *Hic bonus*, *hæc bona*, *hoc bonum*, aut duas; ut *hic*, *hæc brevis*, *& hoc breve*, aut unicam: ut *hic*, *hæc*, *hoc velox*; *hic*, *hæc*, *hoc laudans*.

Nomen Substantivum, aut est Proprium, aut Appellativum. Proprium convenit uni tantùm rei: ut *Petrus*, *Roma*, *Rhenus*. Appellativum verò convenit pluribus habentibus eandem naturam communem; ut *homo civitas*, *fluvius*, *mons*.

NOmini accidunt in primis Numerus, Casus, Genus, & Declinatio.

Numeri duo sunt. Singularis, & Pluralis. Singularis unicam rem significat quamvis interdum multitudinem notet; ut accidit in Collectivis, qualia sunt *Populus*, *gens*, *plebs*. Pluralis plura significat, ut *homines*, *cives*. Nonnulla tamen nomina pluralia unum significant, ut *Athenæ*, *Venetiæ*, *Nuptiæ*.

Casus sunt sex; Nominativus, Genitivus, Dativus; Accusativus, Vocativus, Ablativus. Nominativus, ac Vocativus appellantur Recti; cæteri dicuntur Obliqui.

DE NOMINUM GENERE.

GEnus grammaticale est differentia Nominis juxtà sexûs notam. Iis, quibus

sexus

ſexus nullus eſt, genus aut maſculinum, aut fœmininum tribuitur; ac in congruentiâ Adjectivi, & Subſtantivi ad inſtar ſexum maſculinum, vel fœmininum habentium, conſtruuntur; at quibus utrumque negatur, genus neutrum tribuitur.

Genus enim nominum triplex eſt: Maſculinum, Fœmininum, & Neutrum.

Nominum Genus bifariam dignoſcitur, Significatione ſcilicet, ac Terminatione.

DE IIS, QUÆ EX SIGNIFICATIONE DIGNOSCUNTUR.

De Nomine Communi duobus.

Sunt hæc articulis communia nomina binis: Affinis. Conjux, Infans, Patruelis, & Auctor, Judex, Dux, Vindex, Hæres, Mileſque, Parenſque, Hoſtis, Sus, Cuſtos, Adoleſcens, Civis, & Augur, Antiſtes, Conviva, Canis, Bos, Nemo, Sacerdos, Municipi adjungas Vates, Teſtiſque, Comeſque.

Nominum quædam Communia duobus ſunt, quæ ſub unicâ voce marem, & fœminam ſignificant. Hæc quidem Subſtantiva, & in his quædam ſuapte naturâ Adjectiva, ſignificatione, ac ſtructurâ Communia, quæ apud Antiquos alterutri generi copulantur, ſive per ſe hujuſmodi ſint, ſive per ſyntheſin, aut eclipſin fœmina intelligatur, cùm adjectivum muliebre admittunt. Sunt: hic, & hæc Affinis, *il parente, e la parente*. Conjux, *marito, e moglie*. Infans, *bambino, e bambina*. Patruelis, *cugino, e cugina*. Auctor, *autore, e autrice*. Judex, *quello, e quella, che giudica*. Dux, *Duca, e Ducheſſa*. Vindex, *vendicatore, e vendicatrice*. Hæres, *l'erede, e la erede*. Miles, *quello, e quella, che milita*. Parens, *Padre, e Madre*. Hoſtis, *nemico, e nemica*. Sus, *porco, e troja*. Cuſtos, *cuſtode, e cu-*

 ſtodi-

stoditrice. Adolescens, *il giovane, e la giovane*, Civis, *cittadino, e cittadina*. Augur, *indovino, & indovina*. Antistes, *il Presidente, e la Presidente*. Conviva, *convitato, e convitata*. Canis, *cane, e cagna*. Bos, *bue, e vacca*. Nemo, *niuno, e niuna*. Sacerdos, *Sacerdote, e Sacerdotessa*. Municeps, *cittadino, e cittadina*. Vates, *Profeta, e Profetessa*. Testis, *chi fa testimonianza*. Comes, *compagno, e compagna*.

Ex his quædam & alia, ut *ruricola, indigena, advena*, & cętera hujusmodi, junguntur etiam Substantivis neutris; non tamen inde neutra sunt. *Prop. eleg. 9. libr. 2.* testes sunt sidera nobis. *Quod ita deduxerit*: testes sunt nobis *quæ res?* sydera.

OBSERVATIO I.

Alia sunt communia duntaxat significatione, ut Jumentum, Scortum, Mancipium. Non tamen de fœminâ dicitur: *pessima mancipium*; sed *pessimum*: ut dicimus de fœminâ: *optima civis*, *canis mortua est*. *In ep. Serv. ad Cic.* 4. quoniam *homo nata* fuerat: *nata*, ad vocem, *filia*, de qua sermo est, non ad, *homo*, refertur. Sic etiam rectum est. Filia nata, animal mortale, mancipium miserrimum.

OBSERVATIO II.

Huc referuntur Epicœna, seu Promiscua brutorum animalium nomina, quæ sub unicâ finitione, atque unico genere significant marem, & fœminam; ut hic pavo, hic passer, hic lepus, hæc vulpes, hæc aquila, de utroque dicitur. In iis enim est unicum nomen ad significandum marem, & fœminam: solet verò plerunque haberi ratio generis, quod ascisit Terminatio. *Plin. lib.* 8. *cap.* 55. de lepore fœminâ ait: *Lepus solus* superfœtat, aliud educans, aliud in utero gerens: *& lib.* 10. *cap.* 51. *Mus Marinus* in terrâ parit ova.

Cum

Cum tamen Veteres marem à fœminâ discriminare vellent, aliquod adjectivum addebant: *Id. l. 30. cap. 7.* Sistit alvum *anatum masculorum* sanguis. *Plaut. Stic. 2. 1. Elephantum gravidam*. at hic, *gravidam*, convenit cum fœmina, quæ non exprimitur.

Quædam tamen in hominum usu frequentiora habent geminam terminationem, qua masculus, & fœmina divisim significantur, ut *equus*, & *equa*: *taurus*, & *vacca*, & id genus plura.

De Nomine Tribus communi.

Sunt plura articulis communia nomina ternis:
Dives, inops, ales, deses, vigil, atque superstes.
Degener, uber, hebes, compos, quę neutra recusăt
Casibus in ternis temerè pluralia ferri.

Communia tribus sunt, quæ sub unicâ voce triplex genus complectuntur: cujusmodi sunt ea omnia Adjectiva, quæ tribus articulis unicam terminationem habent; ut hic, & hæc, & hoc velox, felix, amans, &c Huc referri debent: dives, compos, inops, ales, vigil, superstes, deses, hebes, teres, cicur, degener, discolor, uber, & horum similia, quæ nominativo, accusativo, & vocativo pluralibus in neutro genere, vix, aut nunquam reperiuntur.

De Maribus.

Nomina cuncta marem signătia, mascula dicas:
Et quæ masculeâ depinxit imagine pictor.

Significatione masculini generis est nomen proprium maris, aut commune solis maribus conveniens; ut Lucas, Jugurtha, Cæsar, Annibal, scriba, *scrivano.* pincerna, *coppiero.* tibicen, *sonator di pifaro.* equus, *cavallo*.

Angelorum pariter, Deorum inanium, Dæmonumque, quæ virili facie pinguntur; ut Gabriel, Raphaël, Bacchus, Mammona, Belzebub, Lar.

OBSERVATIO I.

In communibus Spirituum nominibus habetur etiam ratio terminationis; quare in Sacris: *Angelica potestates*. Quin ait S. Hieronymus, in Divinis, nec sexum, nec genus spectandum. *Cherubim*, & *Seraphim* masculino, ac neutro genere extulit vulgatus Interpres. Dicitur, & hoc *Dæmonium*.

OBSERVATIO II.

Quædam, licèt per metonymiam ab effectu de Viris dicantur; retinent tamen genus suæ terminationis: ut, hæ excubiæ, vigiliæ, custodiæ, *sentinelle*. copiæ, *soldatesche*. operæ, *lavoranti à giornata*.

De Mensibus.

Mascula vult etiam sese monstrantia mensis.

MAsculina item sunt nomine adjectiva Mensium substantivè usurpata: quia subauditur mensis: ut Januarius, Quinctilis, Sextilis, September, &c.

De Ventis.

Nomina ventorum Ventus quoque mascula fecit

ET Ventorum nomina, ut hic Boreas, eæ, Aquilo, nis, *tramontano* Eurus, Caurus, Etesias, æ, sive Etesiæ, arum, *levante*. Notus, *scirocco*: quia in his similiter intelligitur, sive Græcum ἄνεμος, sive Latinum, ventus. *Cic. lib.* 15. *Epist.* 12. Navigatio, quæ incurrebat in ipsos Etesias.

De Montibus, ac Fluviis.

Mons potiùs finem, quàm significata sequetur:
Sic amnis: veterum vatum spectabitur usus.

NOmina montium, ac fluviorum, ut plurimùm sequuntur genus suæ terminationis, de qua infrà agetur: sed à Scriptoribus, præcipue Poëtis aliquando respicitur nomen, Mons, Fluvius, Amnis, *Claud.* 3. *de laud.*

laud.Stil. Frondosâ fertur ab alpe. *Horat.lib.1.od.* 9. Candidum Soracte. Ovidius, & Seneca, dixerunt summum Ossam, summum Oetam. *Ovid.9. Met.* Irrisam Oeten. *Lucan. lib.6.* Nemorosus Othrys, ideft Othrys, mons, nemorosus. *Auson. Ep.* 1. Egelidæ Mosellæ, & *Idil.*10. Corniger Mosella: nomen fluminis: ibi respicitur terminatio; hic nomen Amnis. Ut etiam Claudianus *de laud. Serena.* Et roseis formosus Duria ripis. *Tibul. lib.* 1. *el.* 1. Magnusque Garumna.

De Asse.

Mascula pars Assis, compostaque mascula tantùm.

SIgnificantia similiter partes Assis, seu libræ, masculina sunt; ut hic sextans, libræ sexta pars, *due oncie*. qnadrans, *tre*. triens, *quattro*. quincunx, *sette*. bes, vel bessis, *otto*. dodrans, *nove*. decunx, vel dextans, *dieci*. deunx, *undici*.

Et composita ab Asse, ut, hic octussis, *otto bajocchi*. decussis, *dieci*. vicessis. *venti*. centussis, *cento, cioè dieci giuli*.

De Fœminarum Genere.

Fœmineum est nomen, quo Fœmina quaque notatur:

Et, qua fœmineo depingitur ore, figura.

NOmina Fœminarum propria, & communia convenientia fœminis, quæque muliebri facie exprimuntur, fœminina sunt: ut Lucretia, Pallas, Euterpe, es, Echo, Alecto, fis, Atropos, lotrix, *lavatrice*, equa, cerva, & his similia. Nomine etiam neutro fœmina denotatur, ut Glycerium.

De Urbibus, Regionibus, ac Insulis.

Sæpiùs, Urbs, Regio sectatur, & Insula finem:
Nomina Græcorum præsertim à fine recedunt.

URbium, Regionum, & Insularum nomina sunt illius generis, quod terminatio requirit. Quædam tamen terminatione masculina, aut neutra, in fœminino genere usurpantur; intelligitur enim ipsum nomen, Urbs, Civitas, Regio, Provincia, Terra, Insula, vel quid simile. Spectandus est usus Scriptorum, Zeugma, atis, Urbs ad Euphratem, terminatione neutrum est. *Lucan. lib.* 8. Zeugmaque Pellæum. *Sil. lib.* 8. Reate dicatum. *Maro.* 7. *Æn.* Altum Præneste. *Idem lib.* 8. Præneste sub ipsâ, idest, sub ipsâ Urbe Preneste. *Ovid. lib.* 4. *Trist. eleg.* 10 Sulmo uberrimus. *Mart. lib.* 8. *Epig.* 72. Pulcherrima Narbo. *Auson. de clar. Urb.* 12. Martie Narbo. *Sil. lib.* 5. Celebre Hispal. *Salust. in lug.* Relicto Sutule; quæ Urbs est in Africâ. *Sidon. Carm.* 5. Lugdunum tuam. *Sil. lib.* 17. Deletum Saguntum. *Idem lib.* 3. Graja Saguntos.

Nomina in Us, à Græcis in Os, partim masculina, partim fœminina sunt: idcircò nomina Urbium, Regionum, ac insularum sæpiùs muliebri genere reperiuntur; ut hæc Ægyptus, Rhodus, Ephesus, Corinthus. At hic Pontus, regio in Asiâ. *Cic. Pro leg. Manil.* Ex Eodem Ponto.

De Navibus, ac Poëmatis.

Navis amant, & docta genus muliebre Poësis.

FOeminini generis esse solent nomina navium, ac poëmatum, itemque fabularum; ut hæc Argo, ûs, Centaurus, Parolos, *navium*, nomina: hæc Æneis, *opus Maronis*; hæc Ilias, adis, *Homeri Poema*: hæc Eunuchus, *Terentiana Fabula*: spectatur enim nomen, navis, Poësis, comœdia. Plurali tamen numero dixeris:

hæc

hæc Bucolica, eorum, *carmina pastoritia Maronis*. Sic Georgica, eorum, *carmina de terrâ colendâ*.

De Arboribus.

Fœmineum est genus arboreum, velut Ornus, & Ulmus.
Junge siler neutris cum robore, suber, acerque.
Masculeis oleaster amant, pinaster inesse.

NOmina arborum fœminina sunt, quia vocabulum, *arbor*, fœmininum est; ut hæc malùs, *melo*; hic tamen malus, *albero della nave*; hæc amygdalus, pomus, populus, cerasus, cornus, morus, sorbus, smilax, *tasso albero, o sorta d' ellera, o viticchio*, schinus, ni, *lentisco*, prunus, ni, *susino*.

Excipiuntur quatuor, quæ sunt neutrius generis, siler, *sorta di salcio*; robur, *quercia*; suber, *sovero*; acer, *acero*; & exeuntia, in, um, ut ligustrum, buxum.

Masculina sunt oleaster, pinaster, *olivo, e pino salvatico*.

De aliorum nominum genere.

Neutra sermonis partes pro nomine capta.

PArs orationis prò nomine sumpta neutro genere effertur. *Pers. sat.* 1. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Et nomina literarum; ut A, longum est. E, breve sit: nonnunquàm fœminina, intellecto nomine, litera. *Auson.* Vocibus in Graiis nunquam ultima conspicitur, M. Sic; Vocalis longa est; intellectâ per synthesim, syllaba, vel litera.

De Adjectivo pro Substantivo posito.

Mobile pro Fixo positum, genus illius optat.

ADjectiva cùm ponuntur pro Substantivis, ejus sunt generis, cujus sunt ipsa Substantiva intellecta; ut hic rudens, quia *funis* intel-

intelligitur; hic aqualis, quia *urceus*; hic sonipes, quia *equus*; hic natalis, quia *dies*; hic oriens, quia *sol*; hæc continens, quia *terra*; hæc bidens, quia *ovis*; hæc semivocalis, quia *littera*; hoc præsens, quia *tempus*; hoc ovile, equile, quia *stabulum*

Negotium sæpè intelligitur in Adjectivis neutro genere positis. *Ovid. de Pont. lib.* 4. *el.* 3. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo: *Omnia*, hoc est, negotia. Tantum cibi, idest, Tantum negotium, seu res cibi. *Virg. ecl.* 3. Triste lupus stabulis; hoc est, negotium triste. Cicero. *Att. lib.* 5. 12. negotium expressit. Negotium magnum est navigare. & *Horat. Sat. lib.* 2. *sat.* 4. Aliena negotia curo excussus propriis. *Plaut. Amph.* 2. 2. Satin parva res est voluptatum in vita? hìc expressa est *res*, pro negotio, quod idem est.

De Indeclinabilibus.

In neutris tantùm non declinata recense.

SUbstantiva Indeclinabilia neutra sunt: ut, mane, mille, sesqui, *altrettanto*, *e la metà*, pondo, sivè pro pondere, sivè pro librâ sumatur. *Liv. lib.* 4. Corona aurea libræ pondo, idest pondere. *F. Quint. lib.* 6. *cap.* 4. Torquem aureum centum pondo: scil. librarum: hoc gumini, & sinapi; quæ etiam hæc gummis, & sinapis, pis, inflectuntur: hoc moly, genus herbæ: prætereà fas, nefas, nihil, frit, git, & his similia.

Item pluralia cete, *pesci grandi*, *balene*. Tempe *luoghi ameni*, & similia Græca. *Virg. Æn.* 5. Immania cete: *Id. Georg.* 2. Frigida Tempe; & finita in U, toto singulari; ut hoc gelu, cornu, tonitru, &c.

DE IIS, QUORUM GENUS EX TERMINATIONE COGNOSCITUR.

A.

Nomen in A prima, sibi fœmina jure reposcit.
Adria mas, sinus est, itidemq; cometa, planeta.
Manna hoc cum Pascha; verùm hæc pro thure requirit.
Tertia neutra petit; testes diploma, poema.

NOmina primæ declinationis singulari numero in A, terminata, fœminina sunt: ut, hæc aula, *corte*; ara, *altare*; ora, *estremità*; sigla, *cifra*.

Masculina sunt: hic cometa, planeta, Adria, *Golfo di Venezia*.

Neutra pascha, & manna; sed etiam hæc manna, pro micis thuris cùm sumitur, *grano d' incenso*.

Tertiæ verò declinationis in A, neutra sunt: ut syrma, tis, *strascino di veste*; dogma, *dottrina*; diploma, *patente*; carcinoma, *canchero*; peristroma, *panno d' arazzo*.

E.

E Terna veteres neutrum fecere Latini.
Fœmineum Græcum; ceu crambe, & cætera Prima.

FInita in E, tertiæ declinationis, sunt neutra, ut hoc monile, is, *vezzo*; laqueare, *soffitto*; alveare, *casa d' api*.

Sunt autem fœminina Græca primæ declinationis Latinorum; ut hæc epitome, es, *compendio*; aloë, es, *aloè, erba amara*; Rhodope, es, *monte di Tessaglia*; crambe, es, *cavolo*.

A, & Æ pluralia.

A neutris: Æ fœmineis pluralia trades.

PLuralia in A, neutra: ut arma, orum; Bactra, *Civitas in Asia*; mœnia, ium, *muraglie della Città*.

In Æ, verò fœminina; ut, calendæ, arum, *primo dì del mese*; nuptiæ, *nozze*; affaniæ, *ciance*; nundinæ, *mercato*, *fiera*.

I Plurale.

I maribus, fasti veluti, plurale relinque.

Sunt masculina finita in I, plurali numero, ut Puteoli, orum, *Pozzuoli Città*; fasti, *calendario*; loculi, *borsa*; cancelli, *gelosie delle finestre*.

O.

O mas, ordo velut, ligo, cardo, udo, harpago, cudo,
Cætera fœmineis, Do, Go, sociata jugantur;
Et caro, quæque cadunt in Io, verbalia cuncta.
His quædam simili junges à nomine nata

Terminata in O, masculina; ut unio, onis, *perla*; papilio, *farfalla*, *e tenda*; senio, onis, *sei punti del dado*; pernio, *pedignone*; pugio, *pugnale*; unedo, onis, *frutto dell'albatro, o corbezzolo*; ligo, *zappa*; harpago, onis, *uncino*; ordo, nis, *ordine*; cardo, *gangbero*; cudo, onis, *berrettino di cuojo*; udo, *scarpino*, *o calcetto di cuojo*. De genere, *harpago*, & *unedo*, deficit veterum auctoritas.

Cætera in Do, & Go, sunt fœminina: ut hæc crepido, *sponda*; suffrago, *piegatura della gamba di dietro della bestia*; farrago, *mescuglio*; siligo, *grano gentile*, *e bianco*.

Et verbalia in Io, sive à Supino, ut legatio, laudatio, eruditio, itio; sive aliunde derivata, & plerumquè à Præsenti, velut ab opto, optio, *elezione*; à concio, cis, concio, onis, *predica*; à religo, religio; à lego, legio; à rego, regio; à tago prisco, nunc tango, contagio, *male attaccaticcio*.

Item caro, olim hæc carnis, & nonnulla in Io, à nomine derivata, ut à tali, hæc talio, onis, *pena equivalente*; à perduelli, perduellio, *ribel-*

ribellione; à parte, portio; à communi, communio; à dite, ditio, & similia.

Cupido pro cupiditate frequentiùs fœmininum: bubo, *barbagianni*, rarò fœmininum; hic, vel hæc arrhabo, onis, *caparra*; margo, cardo, carbo, rariſſimè fœminina ſunt.

Hic Optio pro Adjutore, ſeu Accenſo in re militari Centurionis, *ajutante*, *officiale*; ſed hoc pertinet ad canonem de maribus.

C, D, L, UM, T.

C,D,neutra petunt. L, T, UM, ſociabis iiſdem,
Hic ſal, ſol,mugil;ſal hoc aliquando requirit.

FInita in C, D, L, UM, T; neutra. C, ut hoc halec, ſive alec, ecis, *condimento, o intingolo d' inteſtini di peſci, Horat. lib.2. Sat.4.* Ego fecem primus, & halec inveni. Ita lac, lactis. D, ut Id; quod, &c. L, ut hoc cervical, *capezzale*. toral, *coperta da letto*. ſil, is, *terra gialla*. tribunal, animal, fel, &c. Um, ut pavimentum, ſcamnum, gynecæum, *appartamento delle donne*. T, ut ſinciput, *parte d' avanti*. occiput, *parte di dietro del capo*.

Mugil, *ſal*, *ſol maſculina*, licèt *ſal* ſingulari numero neutrum inveniatur.

AN, IN, ON.

In Rectis, An, In, On maribus dat tertia finem.
In neutris tamen On Grajum jubet eſſe ſecũdæ.
Fœmineis dabis alcyonem, cui jungitur icon.
Jungitur & ſindon, & cantu dulcis aëdon.

MAſculina ſunt nomina tertiæ declinationis in An, In, On, ut Pæan, anis, *Inno in lode d' Apollo*. delphin, inis, *delfino*. quæ terminationes raræ ſunt. canon, nis, *regola*. agon, nis, *combattimento*. orizon, ontis, *ſpazio, che termina la viſta dell' aria*.

Sed Græca ſecundæ neutra in On, ut enchiridion, ii, *coſa facile a tenere in mano*. encomion,

mion, *lode*. idolon, *idolo*: quæ mutant On, in Um latinum, ut enchiridium, encomium, idolum, &c.

Excipiuntur fœminina: icon, onis, *immagine*. sindon, onis, *lenzuolo*. alcyon, nis, *alcione*. aedon, *lusignolo*.

EN.

En neutris esto, maribus cum pectine turben, Atq; atagen cum rene, & splen, lichenq; lienq;

Finita in En neutra, ut munimen, nis, *fortificamento*. flamen, nis, *soffio*. flumen, *fiume*.

Masculina verò, turben, seu turbo, nis, *gruppo di vento, o trottola*. lichen, enis, *fuoco salvatico, o volatica*. splen, lien, nis, *milza*. pecten, nis, ren, *reni*. atagen, nis, *francolino uccello*.

AR.

Ar dona neutris: hinc se salar excipit unus.

In Ar sunt neutra: ut bacar, *vaso*. lucar, *guadagno, che si cava dal bosco*. hic lucar, *uccello*. par, ris, *coppia*. pulvinar, ris, *guanciale*. columbar, ris, *sorta di legame*. jubar, ris, *splendor del Sole, e delle Stelle*. quod rarò masculinum invenitur.

Excipitur salar, ris, *salmone piccolo, o trota*.

ER.

Er maribus socia, velut agger, carcer, & æther. Ver, siser eximito, cum verbere neutra cadaver. Et piper, uber, iter, spinther, laserque, cicerque. Et siler, atque laver, cum tubere junge papaver.

Masculina sunt tum secundæ, tum tertiæ in Er, ut ager, gri, *campo*. carcer, eris, *prigione*. agger, eris, *argine*. crater, êris, *tazza*.

Excipe hinc neutra: cadaver, ris, *corpo morto*. ver, veris, *primavera*. iter, itineris, *viaggio*. uber, ris, *mammella*. cicer, papaver, piper, verber, *battitura*. laser, *belzoino*. siser, *carota gialla*. spinther, eris, *maniglia*. hoc tuber, ris,

tar-

tartufo. hæc tuber, arbor. hic tuber, fructus hujus arboris.

Dicitur hic, & hæc linter, tris, *battello*. hoc, & hæc laver, *gorgolestro erba*.

IR.

Ir pariter neutris sociatum jugiter hæret.

HIr indeclinabile, seu hir, hiris, *palma della mano*, neutrum est.

OR.

Or finita mari dantur, muliebribus arbor.
Cor tamen hoc amat, æquor, ador, cum marmore junctum.

MAsculini generis sunt in Or: ut labor,ris, *la fatica*. cruor,ris, *sangue*. Olim terminatio Or efferebatur etiam per Os: ut labos, honos.

Exime neutra: æquor, *pianura*. ador,*farro*. cor, dis, marmor, ris. Hæc arbor, ris, *albero*.

OBSERVATIO.

In Or finita olim fuêre communia mari, & fœminæ: idcirco *auctor*, *persuasor*, *defensor*, & similia, fœmininis Substantivis junguntur. *Ovid. de Ven. epist. Parid. ad Hel.* Sponsor conjugii stat Dea picta sui, *& Cornel.Sever.* Ignea nam Phœbe ducebat sydera Cœlo, fraternis successor equis.

Plautus Mer. act. 5. 2. usus est *calor* in neutro genere. *Nec calor, nec frigus metuo*: nisi tamen mendum insit. Tu verò isthoc abstine.

UR.

Nomen in Ur neutrum, ut sulphur cum murmure fulgur.
Hinc abeũt turtur, cũ furfure,mascula vultur.

TErminatio in Ur neutra est: ut ebur,oris, *avorio*. femur, ris, *parte esteriore della coscia*. sulphur, *zolfo*. jecur, *fegato*. guttur, *gola*. quod & Plauto masculinum: Obturat inferiorem gutturem. *Aul.act.*2.4. Ma-

Mascula: furfur, ris, *femola*, *crusca*. vultur, ris, *avvoltojo*. turtur, ris, *tortora*.

AS.

Finis in As Græcum dat nostris mascula prima.
Sed terna, velut hæc Pietas, muliebria sunto.
As, elephas, adamas maribus concorditer hærent.
Vas, & erysipelas neutra, artocreasque sequuntur.

GRæca in As primæ inflexionis masculina sunt: ut Tiaras, æ, *mitra, cappello*. quod & hæc tiara, æ; Chalazias, æ, *gemma del colore, e figura della grandine*.

Tertiæ verò fœminina: ut pietas, tis, paupertas, civitas, anas, anatis, *anatra*.

At masculina As, assis, *libbra, e bajocco*. adamas, antis, *diamante*. elephas, antis, *elefante*.

Neutra, vas, vasis, *vaso*. erysipelas, atis, *risipola*. artocreas, atis, *pasticcio*. & hæc artocrea æ.

ES.

Fœmineis Es clausa dabis; sed mascula poples,
Et paries, termes, gurges, cum cespite, trames,
Pes, fomes, limes, palmes, cum stipite vepres.
His quoque junguntur magnes, & plurima Græca.
Neutra sed hippomanes, panaces, cachoëtes habentur.
Atque solœcophanes, cum nepenthe, atque latinum.

IN Es fœminina: ut clades, dis, *rovina*. cædes, dis, *occisione*. seges, tis, *biada in erba raccolta*. compes, dis, *ceppi da piedi*. teges, tis, *stoja*. sanies, ei, *marcia*.

Eximuntur masculina: poples, tis, *piegatura del ginocchio*. paries, tis, *muro*. termes, tis, *ramo d' albero*. gurges, *acqua profonda*. cespes, *cespuglio, zolla*. trames, *stradella*. pes, dis, *piede*. fomes,

fomes, *esca.* limos, *stradella dividente i campi.* palmes, *verga d' albero.* stipes, *tronco, ciocco.* vepres, *siepe.*

Merges, itis, *mazzo di spighe, forca, falce. Plin.* 18. *cap.* 30. fœmininum est: Inter duas mergites spica distringitur. Tudes, tis, *martello di legno.* ames, tis, *pertica da uccellare.* trudes, dis, *strumento da ribattere.* masculina potius, quam fœminina, reperiuntur.

Hic, vel hæc dies dicitur; sed hic tantùm meridies, *mezzo dì.*

Sunt, & utriusque generis torques, seu torquis, is, *collana.* palumbes, *colombo salvatico.* & ales, alitis, plurimùm fœmininum.

Masculina sunt item Græca primæ, ac tertiæ declinationis: ut cerastes, æ, *serpente cornuto.* aromatites, tæ, *vino fatturato.* pirites, *marcasita pietra.* magnes, tis, *calamita.* lebes, tis, *pajolo* tapes, etis, *tappeto.* acinaces, cis, *scimitarra.* & hujusmodi.

Sed neutra: nepenthes, is, *erba da rallegrare.* panaces, cis, *erba utile a tutti i morbi.* cachoetes, *mala consuetudine.* hippomanes, nis, *furor de' cavalli.* soloecophanes, nis, *che ha specie di solecismo.* æs, eris, *bronzo.*

IS, & YS.

Fœmineo datur Is generis: cum colle virile
Asciscunt follis, fustis, cum pulvere, cenchris,
Glis, piscis, vermis, cucumisque, & callis, & ensis,
Et cassis, torris, cum caule, & sanguine mensis.
Sic postis; vomis cum sente, canalis, & assis.
Et pollis, fascis, vestis, lapis, unguis, & orbis.
Nis latiale mari: muliebri tradito Græcum.

FOEminina sunt Is, & Ys: ut bilis, is, *collera.* cuspis, dis, *punta di ferro.* cassis, dis, *elmo.* chlamys, dis, *veste militare.* chelys, lis, *testuggine.* absis, dis, *piegatura della volta.*

Masculina: collis, *collina.* follis, *soffietto.* fustis, *frusta.* pulvis, eris. cenchris, dis, *serpente.* hæc cenchris, *sorta d' uccello.* glis, iris, *ghiro* piscis. vermis. cucumis, vel cucumer, *cocomero.* callis, *sentiero.* ensis, *spada.* cassis, *rete.* torris, *tizzone acceso.* caulis, seu colis, *germoglio, gambo dell' erba, torso.* sanguis, inis, olim hoc sanguen, nis. mensis, postis, *balestriera della porta.* vomis, eris, *vomero.* sentis, *spina.* canalis, axis, *legno, a cui s' aggira la ruota.* pollis, olim hoc pollen, inis, *fiore di farina.* fascis, *fascio.* vectis, *stanga.* lapis, dis, *pietra.* unguis, *unghia.* orbis, *il tondo.* cossis, seu cosses, *vermicciuolo, tarlo.* mugilis, seu mugil, *cefalo pesce.*

Finita similiter in Nis: ut hic ignis, *fuoco.* amnis, *fiumara.* funis, panis, penis, *coda.*

In Nis Græca sunt fœminina: ut tyrannis, dis, *tirannia.* coronis, dis, *estremità, aggiunta.* lychnis, dis, *specie di gemma.*

OBSERVATIO.

Callis fœmininum. *Liv. lib. 22.* Per devias calles: hæc canalis. *Varr. lib. 6. divin. rer.* Canales eas dispescit: hæc clunis, *groppa.* sed Plauto masculinum est, qui ait: Clunes infractos gero: hic, vel hæc anguis. corbis, *cesta.* scrobis, vel scrobs, *fossa.* torquis, vel torques, *collana*, & finis.

Fœminina rarissimè inveniuntur funis, is, cinis, eris, & pulvis, eris.

OS.

OS.

Os maribus tribuas; dos, cos muliebribus addas.
At neutris socientur epos, chaos, osque, melosque.

IN Os masculina: ut mos, oris, *costume*. ros, roris, *rugiada*. flos, ris, *fiore*. lepos, vel lepor, ris, *leggiadrìa*.

Fœminina autem: cos, cotis, *pietra da arrotare*. dos, dotis, diametros.

Neutra: os, oris, *bocca*. os, ossis, *osso*. epos, *poema eroico*. chaos, *confusione di tutte le cose*. melos, *melodìa*. Argos, urbs Græciæ, & similia Græca.

US.

Masculeis US quarta dabit, pariterque secunda.
Fœmineis manus, & vannus donantur, & Idus.
Porticus, atque colus, domus, alvus, acusque tribusque.
Carbasus adjunges, pro fructu ficus, humusque.
Ulcere pro diro ficus mas esto secunda.
Nominis US genus ex OS cognoscetur ab usu.
At neutris pelagus, virus da, sæpèque vulgus.

IN US secundæ, vel quartæ declinationis masculina sunt: ut tignus, i, *trave*, *travicello*. pluteus, ei, *scanzìa*. gladius, dii, *spada*. quanquam hoc gladium habeat Plautus Cas. 5.2.27.

Fœminina: manus, ûs. vannus, ni, *vaglio*. Idus, *il dì 13. o 15. del mese*. porticus, ûs. *portico*. colus, li, *rocca*, *canocchia*. domus, ûs. alvus, vi, *ventre*. acus, ûs, *ago*. hic acus, ci, *anguzella pesce*. hoc acus, aceris, & hæc acus, ûs, *loppa*, *mondatura del grano*. tribus, ûs, *tribù*, *famiglia*. carbasus, i, *tela sottile*. ficus, i, & ûs, *fico*, *albero*, *e frutto*, hic ficus pro ulcere. sed *alvus* masculini generis apud Plautum Pseud. 3. 2. 34.

Masculina, & fœminina reperiuntur: phaselus,

selus, li, *filuca* grossus, si, *fico albero*. specus, ûs, *spelonca*. hic, vel hæc penus, ûs, vel hoc penus, penoris, & penu, *vettovaglia*.

Græca ex Os versa, latinè in Us, ut suprà ostensum est, partim sunt masculina: ut hic colossus, *statua grande*. isthmus, *stretto tra due mari*. paradisus, stylus, thronus, catalogus. Partim fœminina: ut synodus, di, *assemblea*. methodus, periodus, erêmus, mi, atomus, *cosa indivisibile*. antidotus, ti, *rimedio contro veleno*. abyssus, si, *abisso, profondo*. crystallus, papyrus, i, *carta, &c.* genus in his ex usu discendum.

Neutra: virus, *veleno*. pelagus, *alto mare*. & vulgus, quod etiam masculinum est. Secus pro sexu neutrum est. *Auson. Idil.* 12. Nota Caledoniis nuribus, muliebre secus, strix.

US Tertiæ.

Nomen in Us generi conjungit tertia neutro.
Masculeo mus, atque lepus, compostaque Græcis.
Quæ dat pus, podos, hinc Græca lagopode dempta.
Vult subscus muliebre genus, virtusque, salusque.
Fœmina interque, pecus, pecudis, cum laude, paluesque.
Quæque odere senex, & servus, amatque juventus.

US tertiæ neutrum est: ut rudus, eris, *calcinaccio, rottame*. pecus, oris, *bestiame*. glomus, eris, *gomitolo*. thus, ris, *incenso*. crus, uris, *gamba, stinco*.

Masculinum mus, *topo*. lepus, oris, & Græca composita à pus, chytropus, odis, *pentola co' piedi*. dasypus, odis, *coniglio*. apus, odis, *rondone*. tripus, dis, *treppiè*. & hujus generis Græca.

Fœmininum subscus, dis, *traversa da unire le*

le tavole. & virtus, tis, salus, tis fraus, dis, incus, dis, *incudine.* pecus, udis, *bestia.* si rectus est in usu. nam ajunt, *morbida facta pecus*, esse barbarum: laus, dis, palus, udis, senectus, utis, servitus, juventus, hæc lagopus, sive pro ave, sive pro herba sumatur; hic, vel hæc grus, gruis, epicænum.

BS, LS, MS, NS, PS, RS.

S. Sit fœmineum cum consona quæque praivit.
Pons cum fonte, calybs, dens, mons cum sepe virile.
His Ps accedunt polisyllaba, forcipe demptâ.

NOmina in S, præcedente consonante, muliebria sunt: ut hæc trabs, abis, *trave.* hyems, *inverno.* puls, ultis, *polenta.* stirps, pis, *stirpe.* cors, ortis, *gallinaro.* cohors, tis, *compagnia di soldati.*

Masculina pons, tis; seps, is, *sorte d'aspide.* gryps, phis, *grifo.* fons, tis; calybs, bis, *acciajo.* dens, mons.

Et finita in Ps, duarum, vel plurium syllabarum: ut, hic hydrops, pis. *idropisia.* adeps, *il grasso.* merops, *sorte d'uccello.* Excipitur hæc forceps, pis, *tanaglie.*

Dicitur hæc, vel hoc, rarò hic animans, tis, *animale.* stirps, *tronco d'albero.* interdum masculinum: hic, vel hæc serpens, quia epicænum, hæc adeps apud Columellam *lib.* 8. *cap.* 14.

OBSERVATIO.

Terminatio in S, præeunte consonante, facta est ex terminatione in Es, & Is nominum: ut plebs, ex plebes. *Lucan.* 3. Nescit plebes jejuna timere: trabs ex trabes. *Enn. in Medea.* Abiegna trabes. mens ex mentis. *Id in Epic.* Terra corpus, ac mentis ignis est. Apud Plautum, nequa fortis, pro sors. *Cas. act.* 2. 6,

X

X. etiam muliebre genus sectatur, ut alex,
Et fornax, forfex, & carex, atque supellex.
Verum Ax, Ex, maribus polysyllaba cætera dantur.
Et grex, & volvox, varix cum fornice, bombix
Spadix, & Phœnix, & Erix, natrixque, calixque.
Coccix, traduxque; atriplex silvestre vocatur.

INX clausa, fœminina, ut lanx, cix, *bilancia, piatto.* calx, *calcina.* nix, vis. nex, cis. nox, nux, vibix, seu vibex, *segno di percossa.* alex, ecis, *condimento, ò vivanda d'interiora di pesce.* aliis alex infumata, *aringa.* alexsalita, *salacca.* supellex, ectilis, *arnesi.* forfex, cis, *forbice.* fornax, *fornace.* carex, *pugnitopo.*

Cætera dyssillaba, aut trysillaba finita in Ax, & Ex masculina sunt: ut storax, seu styrax, cis, *storace.* mystax, *basetta, mostacci.* abax, *credenza.* caudex, *tronco d'albero.* codex, *libro.* culex, *zanzara.* frutex, *arboscello.* apex, & vertex, *cima.* pollex, *dito grosso.* latex, *liquore.* rumex, *romice erba.* ramex, *rottura.* irpex, seu urpex, *rastrello dentato, erpice.* tumex, *tumor di percossa.*

Et grex, *branco.* volvox, *bruco verme.* varix, *vena gonfia.* fornix, *volta.* bombyx, *verme, che fa la seta.* hæc bombyx, *veste di seta.* spadix Græcis substantivum, *ramo staccato dalla palma.* Latinis adjectivum, *di color bajo.* phœnix rarò hæc phœnis, *fenice.* Erix, mons Siciliæ. orix, animal in Africa. natrix, *serpente.* calix, *bicchiero.* calyx, *guscia, e pelle di frutto, bottone, come di rosa.* coccyx, cygis, *cucco.* tradux, *tralcio, rampollo di vite.*

Hoc atriplex, *reppese erba. Plin. lib. 20. cap. 20.*

Atri-

Atriplex sylvestre est, & sativum; aliis tamen fœmininum.

Hic, vel hæc imbrex, cis, *embrice*. limax, cis, *lumaca*.

Hic, rarò hæc pumex, cis, cortex, *corteccia*. calx, *calcio*, *calcagno*.

Sandix, *color fatto di biacca adusta con terra rossa*. potiùs masculinum invenitur. *Grat. jus de Venatione.* Interdum Lybico fucantur sandice pinnæ. *Plin. lib.* 33. *cap.* 6. Sandice sublita.

Hæc, vel hic silex, *pietra focaja*. hic onyx, *vaso d'alabastro*. hæc onyx, *sorta di gemma*.

Ex gemmarum nominibus alia masculina, alia verò fœminina sunt: quin eadem sæpè utriusque generis. Exemplo sit sardonyx. *Plin. lib.* 37. *cap.* 7. Indicas sardonycas. *Martial. lib.* 9. *epig.* 60. Sardonycas verò mensâ quæsivit in omni.

Diversitas autem hæc inde fit, quòd Scriptores modò, respiciunt nomen, lapis; modo, gemma. *Et hactenus de nominum genere.*

DE NOMINUM DECLINATIONE.

QUinque sunt nomiuum Declinationes, quarum prima genitivo singulari desinit in diphthongum *æ*. ut, *musa*, *musæ*. Secunda in *i*, ut *dominus*, *domini*. Tertia in *is*, ut *sermo*, *monis*. Quarta in *ûs*, & *u*, ut *fructus*, *fructûs*, *tonitru*, *tonitru*. Quinta in *ei* divisim, ut *dies diei*.

OBSERVATIONES.

In Nominum declinationes.

In Primam.

NOminativus primæ declinationis habet quinque terminationes, A, Am, As, E, Es.

Nomina, quæ in A, desinunt, partim sunt Latina, partim sunt à Græcis, Latina, ut mensa, via, pluvia; à Græcis, ut poeta, musa, platea.

 No-

Nominum autem in A, olim apud Latinos duplex erat terminatio in genitivo.

Prima in Ai,in cujus locū ſucceſſit Ae:quare leguntur illi genitivi: animai,aulai,terrai. *Auſon. Idil.* 7. Neſcivit *herai* imperium, pro *hera*.

Secunda erat in As, idcircò extant adhuc paterfamilias, materfamilias. *Enn. Annal.* 7. Dux ipſe *vias*, pro *via*. *Plaut. in Probl. Pœn.* Nomen dare vobis volo *comedias*,pro *comedia*.

Nonnulla nomina fœminina dativis,& ablativis pluralibus exeunt in, abus: ut filia, nata, liberta,famula, equa. filiabus, natabus,&c. & alia id genus, diſcriminandi ſexus causâ apud Scriptores occurrunt: licèt hoc non ſemper obſervetur, nam Plinius *cap.* 11. *lib.* 11. pro aſinabus dixit: *aſinis* mammæ fœtu dolent.

Terminatio in Am eſt Hebraica; ut Adam, æ, Abraham, ahæ.

A nominativo in A, & As, ferè eſt accuſativus in Am, rarò in An, idque apud Poëtas, *Ovid.* 4. *faſt.* Majan, & Electram, Taygetamque Jovi.

Quæ exeunt in As, in vocativo abjiciunt, s, ut, ò Andrea, Luca, Ænea, à nominativo Andreas, Lucas, Æneas, &c.

In E, & Es, declinantur, ut oſtenſum eſt ſuperiùs in Paradigmate nominum, Grammatice, & Eccleſiaſtes.

In Secundam.

Terminatio Latina hujus declinationis eſt in Er, Um,Us, ut ager, regnum, famulus.

Terminationi in Us ſubjicitur terminatio Ir, & Ur, nam vir integrè eſt,virus,ſatur,ſaturus.

In nominativo ſingulari nominum Latinorum veteres uſurpabant pro Us, Os: pro Um, Om. *Plau Perſ. act.* 1. *ſc.* 2. Pater, avos, atavos, proavos, abavos, tritavos, quaſi mures, ſem-

semper edère alienum cibum. *Id. Prol. Pseu.* Nam bona bonis ferri reor æquom maximè.

In Accusativo pariter pro Um, extulere Om: ut avom, servom, æquom.

Terminatio Vocativi est eadem, ac Nominativi: ut, ò Magister, ò levir, ò miser.

At nomina in Us, ut herus, famulus, mutant Us in E: ut, ò here, ò famule, ò egregie, ò amice. *Deus* tamen retinet Us, ut *ò Deus*; sed apud Ecclesiasticos veteres est etiam, *ò Dee.*

Aliquando hujusmodi nomina, vel per græcismum, vel per enallagen retinent Us in Vocativo. *Virg. 1. Æn.* Adsis lætitiæ *Bacchus* dator. *Sidon. Carm. 22.* Najadas istic Nereidum *Chorus* alme doce.

Nomina item Virorum propria in *ius*, in Vocativo abiiciunt. *Us*: ut, ò Antoni, Laurenti, Horati, Virgili, Pompei, Cai. *Filius* etiam in Vocativo, *ò fili*.

Quædam Græca adjectiva è propriis formata, potius propria, sequuntur Græcam declinationem, ut, ò Laertie, ò Delie, ò Tyrinthie, à Laerte, Delo, Tyrinthio derivata.

Nominativus pluralis apud veteres exibat in Ei: ut puerei, populei, captivei: pro pueri, populi, captivi.

In Tertiam.

NOminativus hujus Declinationis continet terminationes cæterarum, præter Um, & U, & plures alias.

Accusativo singulari desinunt non in *Em*, sed in *Im*, buris, cucumis, pelvis, ravis, securis, sitis, tussis, vis, amussis, cannabis.

At tum in *Em*, tum in *Im*, exeunt, clavis, cutis, febris, navis, puppis, restis, strigilis, turris.

Fluviorum nomina in *Is*, Latina, aut à

Græcis, sive à barbaris accepta, in *Im*, terminantur: ut Tyberis, Tyberim. Araris, Ararim. Athesis, Athesim. Tanais, Tanaim. Ligeris, Ligerim, Bætis, Fabaris, Halis, & apud Poetas metri gratiâ in *In* quoque.

Nomina propria Græcorum in As, & in Genitivo *antis*; & in Is, Ys, & Us, plerumque in Vocativo expungunt S, ut Calchas, antis, Pallas, antis, Mœris, Tyndaris, dis, Cotys, Capys, Tiphys, Melampus, odis, & hujusmodi. Vocativo, ò Chalca, Mœri, Coty, Melampu, &c. Terentius. *And.* more latino dixit, *ò Mysis*.

NOmina neutra à recto in E, Al, & Ar, in Ablativo efferuntur non per E, ut generalis est canon, sed per I, ut alveare, monile, altare, animal, vectigal, calcar; alveari, monili, &c.

Excipiuntur tamen propria urbium: ut Cære, Reate, Bibatre, item gausape; sed hæc solent esse indeclinabilia.

Mare Ablat. effertur, mari, & mare: rete itidem, quia in recto etiam hic retis: præsepe, vel hæc præsepis, Abl. præsepi, vel præsepe.

A terminatione *Ar*, similiter eximuntur, far, nectar, hepar, jubar, lucar: reperies tamen apud Maronem in Culice *laqueare* in Ablat. à recto, laquear, sive laqueare.

Adjectiva in Is, & Er, quorum neutrum est in E, item nomina mensium, ut October, Quintilis; sunt enim adjectiva: & memor, immemor, quia olim in recto memoris, re, dicebatur: strigilis, & canalis, in I finiuntur: ut acri, brevi, Septembri, memori, &c.

Lethale, agreste, nobile, cœleste, perenne, bimestre, volucre in Ablat. pro lethali, agresti, &c. rarissima sunt.

Quæ-

Quædam adjectiva in Is, quæ quodammodo naturam substantivorum induunt, & nonnunquam pro substantivis usurpantur, claudunt similiter Ablativum in I, rarò in E, ut affinis, sodalis, rivalis, familiaris, ædilis, annalis, natalis, biremis, & id genus alia.

Substantiva, avis, collis, cinis, finis, turris, fustis, ignis, imber, labes, mel, messis, occiput, orbis, ovis, sordes, supellex, vectis, unguis, in E sæpè, & aliquando I, desinunt. *Exempla vide apud Charisium, & Mebrissensem.*

Propria virorum in Is: ut Cerealis, Martialis, Vitalis, Natalis, Apollinaris, & his similia, Ablat. in E, tantùm habent. *Mart. lib.* 7. *Epigr.* 23. Cum *Juvenale* meo, quæ me committere tentas.

Substantiva, quæ in Accusat. tantummodo Im, habent: ut vis, vim, tussis, tussim, &c. quæ supra enumeravimus, in I, finiuntur. At *cannabis* etiam *cannabe*, sic *sitis*, *siti*, & *site*. *Pers. Satyr.* 5. At tibi tortâ *cannabe* fulto cœna sit in transtro. *Boet. lib.* 3. *car.* 12. *de Tantalo.* Et multâ *site* perditus, spernit flumina Tantalus.

Octo verò nomina desinentia Accusativo in *Im*, vel in *Em*, superiùs recensita faciunt I, vel E: ut febris, febri, vel febre, &c.

Clauduntur pariter I, Græca, quæ latinè Genitivo non crescunt, & in Accusat. tantùm *Im*, & *In* habent: ut Hierapolis, Hierapolim, Hierapoli; sic Neapolis, Hæresis, &c.

Nomina similiter fluviorum in *Is*, quæ formant Accusativum in *Im*: ut Tyberis, Tyberim, Tyberi; Bætis, Bætim, Bæti. Livius tamen dixit *lib.* 28. Superato *Bate* amni. Araris facit; Arari, Arar verò, Arare.

Græca, quæ Genit. crescunt, licèt habeant in Accus. *Im*, aut *In*, faciunt Ablat. in E: ut

Iris,Iridem, vel Irin,Iride; Thetis,Thetidis, Thetidem,Thetim,Thetin,Thetide. Quamvis Plautus dixerit: *Theti* prognatus. *Epid.* 1. 1.

Adjectiva omnis generis, ac unius terminationis faciunt Ablat. per E, vel per I, ut locuples, felix,duplex, vetus; & adjectiva artifex, vigil, pugil, locuplete, vel locupleti, &c. sed pauper, sospes, hospes. Priscianus ait in E tantummodo reperiri.

Par substantivum habet *pare;* adjectivum autem dumtaxat *pari;* composita verò in utramque finitionem exeunt, ut dispare, dispari.

Participia in *ans*, & *ens*, nisi degenerent in nomina, semper terminantur in E, ut laudante, vidente, absente, &c.

Comparativa in Or,& Us, habent potius E, quam I: ut major, majus, majore,vel majori, velocior,velocius, velociori, vel velociore,ita plus,plure,& pluri.*Plaut.in Prad.apud Charis. lib.* 2. Plure altero tanto, quanto ejus fundus est, velim. Eâdem finitione utitur Cicero.

Comparativis olim unica terminatio erat in Or, ut docet Priscianus. *Valer. Antias An.* 6. Hoc Senatus consultum prior factum est.

Verbalia in *trix*, substantivè usurpata, in E solummodò terminantur: ut nutrix, nutrice; obstetrix, obstetrice. Sin autem adjectivè sumantur,in E,vel in I:ut victrix,trice,vel trici.

Talis terminatio fœminini generis est rarò neutrius. *Claudianus de* 6. *conf. Hon.* cecinit Victrici solo. *Lucan. lib.* 1. Victrici ferro. *Stat. Theb.* Ultricia tela.

Cæterum vetustiores Latini multa alia efferebant per I, unde leguntur à Nomin. Tybur, Tybure,& Tiburi; Anxur,Anxure, & Anxuri, rus, rure, & ruri; sic vesperi, & tempori.

Quin sunt, qui dicant terminationem Dativi,

tivi, & Ablat. singulari numero hujus declinationis Priscis fuisse eandem. Hic non reticebo inveniri diu, noctuque, pro die, & nocte. *Enn. Annal.* 6. Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti Moenia concubiâ.

GEnitivus multitudinis exit in *Um*, ut præconum, Cæsarum, temporum, poematum.

In *Ium*, exeunt ea, quæ Abl. singulari in I, tantùm aut in E, vel in I, clauduntur: ut monilium, pulvinarium, virium, velocium, navium.

Hinc tamen eximuntur comparativa, quia Ablat. potius E, quam I, habent: ut meliorum, minorum, velociorum.

At plures, & complures, plurium, & complurium faciunt.

Excipiuntur item vetus, inops, degener, memor, dives, mugil, strigilis, uber, puber, compos, bicorpor, & huic simile; vigil, vigilum, & vigilium. Et composita à facio etiam adjectivè sumpta: ut carnifex, artifex, opifex; tum supplex, municeps, celer, locuples, habet locupletum, & locupletium.

Ium, pariter formant substantiva, & substantivè accepta dissyllaba, & polysyllaba in duas consonantes finita: ut cohors, infans, adolescens, bidens, rudens, & alia.

Et participia in Ns, quamvis habeant, E, tantùm in Ablativo.

Ex hoc canone excipiuntur Princeps, manceps, cælebs, consors, hyems, forceps, parens, parentum, rarò parentium.

Græca item, ut græcè in *ων*, finita, sic, latinè in Um: ut æthiops, arabs, cyclops, phalanx, & similia.

Ium quoque habent multa clausa in Es, & Is, non crescentia in Genitivo; ut nubes, se-

 des,

des, cædes, & clades, collis, piscis, mensis, &c.

Et Græca e secunda contractorum, ut, Diœcesis, syrtis, & alia hujusmodi.

Eximuntur hinc tamen soboles, proles, si modò Genitivum pluralem habeant, vates, juvenis, canis, panis; sed apis, apum, vel apium facit.

De monosyllabis non potest statui certa regula; nam multa habent *Ium*, ut falx, arx, lanx, calx, merx, nex, nox, faux, nix, crux, licèt Charisio sit crucum; mons, dens, gens, fons, pons, ars, trabs, mens, seps, mas, as, vas, vadis, mus, murum, & murium, bes, bessis, glis, dis, glans, cos, lis, os, ossium, os, orium, scrobs, plebs, sphinx, plus, tres, trium. Prætereà manes, manium, uter, utrium, venter, imber, Quirites, Samnites, rarò fores, forium, palus, paludum, & paludium, fornax, fornacium, & fornacum.

Alia contra *Um* faciunt, ut flos, vox, fex, nux, Rex, lex.

Polysyllaba in As, potiùs formant, *Um*, quàm *Ium*, ut civitas, hæreditas, civitatum, hæreditatum: sic Optimates.

Cæterùm difficile est propter varietatem terminationis hujus Genit. statui certum canonem. Ex usu igitur cognoscere oportet.

NOminativus, & Accus. præter terminationem in *Es*, exhibat etiam per priscam diphthongum in *Eis* præsertim in nominibus, *Ium* in Genitivo habentibus, ut urbes, urbeis, vel urbis, omnes, omneis, vel omnis. At sive per *Eis*, sive per *Is*, scribatur, *I* dumtaxat effertur. Veteres in hoc attendebant soni jucunditatem.

Græca Erinnys, Syrtis, Sardis, & hujusmodi, contracta sunt ex Erinnyes, Syrties, Sardies

 Neu-

Neutra si Ablat. sing. tantùm E finiuntur, tribus pluralivis casibus in A exeunt; ut munera, gausapa, hospita, sospita, quia Ablat. munere, gausape, hospite, &c.

Si autem Ablat. exit in I tantùm, vel I, aut E, tunc iidem casus erunt, Ia, ut pulvinaria, ingentia, levia, locupletia, &c.

Vetus tamen, & comparativa, in A terminantur, ut vetera, majora, meliora, quia comparativis frequentior est Ablat. in E, quam in I, aplustre, aplustria, sed aplustra a recto aplustrum; plus, plura, & pluria facit, inde compluria, & complura.

De Græcorum Accusativis actum est in Paradigmate, ut & de aliis casibus.

Bos Dativo, & Ablat. pro bovibus habet bobus, aut bubus, & Genitivo boum.

In his casibus, nempe Dat. & Ablat. terminatio nominum Græcorum in *Atis*, non est à recto in *Ma*, ut à poema non provenit poematis, sed poematibus; à diploma, diplomatibus, non autem diplomatis; & ita in similibus; sed à recto in *Atum*, ut poematum, poemati, diplomatum, ti, inde Genit. poematorum, diplomatorum, & Dativis, & Ablat. poematis, diplomatis, cujus declinationis licèt alii casus obsoleverint; hos tamen optimæ notæ Scriptores retinuerunt, ut Varro, Tullius, & alii; exempla identidem occurrunt.

Poetæ rarissimè Dativos Græcorum usurpant. *In Prop. lib.* 1. *Eleg.* 20. Non minor Ausoniis est amor in *Dryadin.* pro Dryadibus.

In Quartam.

QUarta Declinatio provenit ex tertiâ per crasim, seu contractionem, syncopen, & apocopen; antiquitùs enim sic flectebatur. N. sensus. G. sensuis, per crasin, sensûs. D. sensui,

 per

per apocopen ſenſu, ut videre eſt apud probatos auctores. *Ter. Adel. act. 1. 1.* Veſtitu nimium indulges; nimium ineptus es. *Sal. de bel. Jugur.* Non ſe luxu, & inertiæ corrumpendum dedit. Falluntur igitur, qui ajunt ab auctoribus Ablativum pro Dativo uſurpari, cùm terminatio in U ſit ſæpè dandi caſus. Accuſ. ſenſuem, per ſyncopen ſenſum; Ablat. ſenſue, per apocopen ſenſu. Plur. hi, hos, & ò ſenſues, per ſyncopen ſenſus; cæteri caſus analogiæ reſpondent; ſicut enim à Patris eſt Patrum; ita ſenſus eſt ſenſuum.

Apud Varronem, & Nigidium frequentiores ſunt anuis, graduis, fructuis, ſenatuis, & ſimiles Genitivi, pro anus, gradus, &c. *Var. de lib. educ.* Eam nutricem oportet eſſe adoleſcentem; *anuis* enim, ut ſanguis deterior, ſic lac.

Genitivus ſingularis apud Priſcos non modò erat in *Uis* ad modum Tertiæ, ſed etiam in I, juxta finitionem Secundæ: ut Senati, æſti, fructi, parti, queſti, pro Senatus, æſtus, &c. *Ter. Phor. act. 13.* Patrem extimeſcam, ubi ejus adventi venit in mentem.

Arcus, artus, partus, porrus, lacus, ſpecus, tribus Dativo, & Ablativo multitudinis per U efferuntur: ut arcubus, artubus, &c. queſtus, queſtibus, & queſtubus, ſic pecubus à pecu; veru, & genu, per U, & I.

Hujus declinationis Nominativi ſingularis duplex eſt exitus, in Us, & U; ſed U eſt indeclinabile toto ſingulari, ut dictum eſt ſupra.

In Quintam.

GEnitivum quintæ declinationis, cujus Nominativus finitur in Es tantùm, quadruplici terminatione efferebant Veteres; dicebant enim non modò *diei*, quod eſt uſitatius,

sed *dii*, *dies*, *die*, & ita in aliis, cùm in Nomin. Es, præcedit vocalis; nam si præcedat consona, isthoc modo: *fides*, *fidei*, *fidi*, *fides*, *fide*; & sic in similibus. *Cic. pro Rosc.* Quorum nihil pernicii causâ factum putamus. *Luc. lib.4.* Rabies, undem illi hæc germina surgunt. *Aus. de Rosa*. Ad primos radios interitura die.

Dativus quoque apocopen patitur. *Lucil. lib. 7.* Ætati, facieque tuæ, pro faciei.

Numerus multitudinis ferè destituitur Genit. Dat. & Ablat. Aldus tamen excipit.

Res, speciesque, dies, facies, spes, progeniesque.

O B S E R V A T I O

In omnes Genitivos plurales.

Omnis ferè Genitivus pluralis syncopem patitur. In prima Declinatione ferè sunt Patronymica, ut Æneadum, Romulidum, pro Æneadarum, Romulidarum, & hujus generis alia.

In secunda occurrunt sæpè Deum, duum, fabrum, talentum, magnanimum, &c. pro Deorum, duorum, &c. & syncope hujus classis extat etiam in prosa oratione, præcipuè apud Historicos; nam cæteræ sunt poetarũ propriæ.

In tertia, mensum, cœlestum, amantum, pro mensium, cœlestium, amantium, &c.

In quarta, currũ, passum, pro curruum, &c. hic autem syncope rarissima est. *Mar. l 2. epig. 5.* Sed duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passum.

D E A N O M A L I S.

ANomala sunt, quæ differunt (ut ajunt) aut genere, aut numero, aut declinatione, aut destituuntur aliquo casu, numero, & simili.

Differunt genere in numeris (ut putant aliqui) hic Tartarus, Avernus, Tænarus, Mænalus;

lus; Plur. Tartara, Averna, Tænara. Verùm hæc, & similia verosimilius est esse à rectis Tartarum, Mænalum, &c. nam græcè dicitur τὸ Μαίναλον hoc Mænalum; potuit his esse utroque numero duplex exitus, quorum alter deperierit: idem de ceteris conjice.

Hic locus plur. hi loci, & hæc loca, sed à recto hoc locum, quo usus est Varro *lib. 8. rer. divin.* Hic sibilus, plur. hæc sibila, à sibilum; nam apud Serenum est: suave sibilum, at naturâ adjectivum est pro eo, quod est sibilans: hæc supellex, plur. supellectilia est à supellectile. Hoc cœlum plurali caret: hi cœli est à cœlus, quo æther, & ætheris Deus significatur. Hoc epulum, hoc delitium pluralem nesciunt; nam hæ epulæ ab epula, ut ait Nonnius: hæ deliciæ à delicia, ut apud Plautum *Pan. 1. sc. 2.* dicuntur.

Vas, vasis plur hæc vasa, vasorum, quod tamen est ab antiquo vasum. 1. *Plaut. Truc. act. 1. sc. 1.* Aut aliquod vasum argenteum; sed *Corn. Sever. in Ætna.* Cavis cunctatus vasibus hæsit.

Ab antiquo juger, seu jugus est Genit. jugeris apud *Melam lib. 3. cap. 5.* & Ablat. jugere apud *Tib. lib. 2. eleg. 3. Varro lib. 1. de R. R. cap. 10.* Ablat. plurali dixit jugeris à jugerum, ri, quod in sing. usitatius est; in plur. sæpius, jugera, rum, ribus.

Carent plerumque numero plurali nomina metallorum: ut aurum, plumbum, ferrum, & eorum, quæ metimur, aut ponderamus: ut triticum, oleum, butyrum. At æra est *Horatii lib. 1. Ep. 7.* Hordea *Maronis 1. Georg.* Frumentis *5. Ecl.* Fæna *Apuleii lib. 3. met.* Vina *Ovidii Pont. 4.* & aliorum.

Et nomina vitiorum, & virtutum: ut sapientia, castitas, insipientia, impietas; sed

ava-

avaritias est *Cicer. 4. de fin.* charitates *l.1.offic.*

Prætereà nemo, pontus, gelu, lethum.

Singulari numero caret calendæ, minæ, & id genus alia.

Aliqua non declinantur: ut pondo, nequam, tot, totidem, quatuor, & hinc usque ad centum: ut quinque, sex, septem, &c.

Alia unicum habent casum: ut ingratiis, natu, promptu, injussu, inficias.

Alia duos: ut hic Jupiter, ò Jupiter; suppetiæ, suppetias; spontis, & sponte.

Alia tres Nomin. & Accusat. tantundem; Genit. tantidem; vicis, vicem, vice, & alia.

Alia quatuor: ut Genit. Jovis, vi, vem, vè; sed reperitur, & hic Jovis. *Apul. 4.met.* Quem tremit ipse Jovis, quo Numina terrificantur; vis, vis, vim, vi; precis, ci, cem, ce, *prex* enim inusitatum est; hæc duo cognoscunt omnes casus plurales.

Veruntamen difficile est redigere hanc doctrinam ad certos canones: ideo observatione opus est.

DE ADJECTIVORUM GRADIBUS.

NOmina adjectiva tres habent gradus, hoc est positivum, comparativum, & superlativum.

Positivum rem simpliciter significat: ut sanctus, sancta, sanctum.

Comparativum addit positivo adverbium, magis: ut hic, & hæc sanctior, & hoc sanctius, magis sanctus, *più santo*.

Superlativum verò addit adverbium maximè: ut sanctissimus, sima, simum, maximè sanctus, *santissimo*.

Comparativum formatur à casu positivi desinente in I, addito *Or*, vel *Us*: ut sancti, sanctior, sanctius; brevi, brevior, brevius.

Superlativum ab eodem casu in *I*, addito, *ssimus*:

ssimus : ut sancti; sanctissimus , a , um ; brevi , brevissimus , a , um .

Positiva in *Er* , formant superlativum addito , *rimus* : ut niger , nigerrimus ; saluber , saluberrimus , celer , celerrimus .

Facilis , agilis,gracilis,humilis, similis mutant *Is* in *limus* , ut similis , simillimus , juxta illud : *Dant tibi quinque limus , quæ signat dictio Faghus* .

Imbecillis, imbecillissimus, & imbecillimus facit .

DE ANOMALIS IN GRADIBUS ADJECTIVORUM.

Ex hac excipiuntur regulâ, Bonus, melior, optimus; Malus,pejor,pessimus;Magnus, major , maximus ; Parvus , minor , minimus , rarò parvissimus ; Multus , plus , plurimus .

Et composita à facio, dico, & volo ; magnificus , centior , centissimus ; mirificus dumtaxat, mirificissimus ; maledicus , dicentior, dicentissimus ; benevolus, volentior , volentissimus , sic malevolus , &c.

Ab antiquo, veter, veterior , errimus ; maturus , maturior , maturissimus , & maturrimus ; exterus , exterior , extremus , & extimus ; citer, erior , issimus, superus , superior , supremus , & summus ; inferius , inferior , infimus ; posterus , posterior , postremus .

Carent positivo , aut saltem inusitatum est, deterior,deterrimus, *maligno.* ocior,ocissimus, *veloce.* potior, potissimus à potis, *megliore* . interior , intimus , *di dentro.* ulterior , ultimus ; prior , primus ; propior , proximus , *vicino* .

Carent comparativo invitus , invitissimus , *sforzato.* novus , novissimus, *ultimo* . nuperus, nuperrimus , *di poco fa.* . sacer , sacerrimus , & sic fidus , consultus , falsus , meritus .

Su-

Superlativo destituuntur, adolescens, adolescentior; juvenis, junior; ingens, ingentior; satur, saturior; senex, senior; dexter, dexterior; sinister, sinisterior; ita immunis, taciturnus, salutaris, proximus, proximior.

Habent comparativum tantùm, anterior; licentior.

Comparativo, ac superlativo ferè carent nomina gentilia: ut Romanus, Atheniensis, Italus, &c.

Possessiva: ut fraternus, Cæsarianus, herilis, &c.

Numeralia: ut tertius, quartus, quintus. &c

Materialia: ut aureus, faginus, carbasinus cupressinus, &c.

Diminutiva: ut adolescentulus, latrunculus, sciolus, &c.

Et finita in bundus: ut lætabundus, errabundus, sitibundus, &c.

Composita item à fero, & gero: ut frugifer, aliger, &c.

Prætereà, canorus, almus, cicur, claudus, magnanimus, memor, opimus, præditus.

Et quæ habent vocalem ante syllabam Us, ad evitandum nimium vocalium concursum: ut dubius, idoneus, industrior, &c.

Reperiuntur tamen arduissimus, assiduissimus, exiguissimus, & alia.

Pro comparativo possumus uti positivo addito adverbio *magis*, pro superlativo uti eodem positivo, addito *maximè*, ut magis doctus, maximè doctus.

DE DIMINUTIVIS.

Diminutiva significant diminutionem sui primitivi: ut fraterculus, sororcula, homuncio, homunculus, muliercula, corculum, catellus, libellus, &c.

DE PATRONYMICIS.

PAtronymica formantur à patribus, matribus, avis, fratribus, & hujusmodi majoribus à Rerumpublicarum etiam conditoribus, ac urbium: Denominantur etiam à locis; significant autem filios, nepotes, sorores, & alios ab ipsis devenientes.

Quatuor habent terminationes, *Des*, *As*, *Is*, *Ne*.

In *Des* masculina sunt, formantur verò a nominibus primæ, secundæ, ac tertiæ inflexionis.

In prima ab *A*, & *As*, prævia vocali, est terminatio in *Ades*: ut ab Ilia, Iliades, æ, *Romolo figlio d' Ilia*; ab Æneas, Æneades, æ, *filio, o descendente da Enea.* Interdum in *Ides*: ut Ænides, dæ, ab Ænea. *Virg. 9. Æn.* Sit satis Ænide telis impune Numanum oppetijsse tuis. Prævia autem consona, in *Ides*: ut à Philyra, Philyrides, æ.

Ab *E*, *iades*, ut Helene, es, Heleniades; Thare, Thariades, æ, *Abramo figlio di Tare*.

Ab *Es*, modò *ades*, modò *ides*, ut Laertes, Laertiades, æ; Corinetes, Corinetides, æ.

Genitivus secundæ addit *I*, simplici, *Des*, ut Romuli, Romulides, æ, *descendenti da Romolo*, Josephi, Josephides.

Ei in Genitivo contrahitur in *I*, longum, ut Atreus, ei, Atrides, æ; Peleus, ei, Pelides, æ, & per epenthesin Peliades, &c. quæ figura apud Poetas fit etiam in aliis.

Ii duplici, *Iades*: ut Laurentii, Laurentiades, æ; Antonii, Antoniades.

Dativus tertiæ addit *Des*: ut Hector, ris, ri, Hectorides, æ; Cecrops, pis, pi, Cecropides æ, *Atheniese detto da Cecrope Re*.

A recto *On*, *antis*, *iades*, ut Phaeton, ontis, onti, Phaetontiades, æ; Athlas, antis, ti; Athlan-

Athlantiades, æ; Scipioni, Scipioniades, per syncopen, Scipiades, æ.

Quæ exeunt in *As*, *Is*, *Ne*, muliebria sunt, sed terminatio in *As*, & *Is*, fit à Patronymicis masculinis in *Des*, extritâ plerumque syllabâ, *De*, ut Phaetontiades format Phaetontias, adis, *sorella di Fetonte*; Iliades, Ilias, adis, *figlia, o altra descendente da Ilia*; Dardanides, Dardanis, dis; Athlantiades, Athlantias, & Athlantis, dis.

Aganippe, fons, Aganippides, æ, inde Aganippis, Aganippidis, *Musa denominata da quel fonte*.

A Cypro, insula, fit Cypriades, inde Cypris, dis, *donna di Cipro*.

Ab Ilio, Iliades, vir; Ilias, Iliados, mulier: quo nomine inscripsit Homerus libros de rebus apud Ilium gestis.

Ab Ænea, hæc Æneis, dos. Maronianum opus de rebus gestis ab Ænea Æneis nuncupatum est.

Terminatio in *Ne*, additur casui in I, exeunti: ut Neptuni, Neptunine, es; Adrasti, Adrastine, es, *descendente da Adrasto*; à Nerei, Nerine, es. Quod si Nominativus desinat in *Ius*, pro *Ine* dicitur *Jone*, ut Acrisius, Acrisione.

DE NUMERALIBUS.

Nomina numeralia dividuntur in Cardinalia, Ordinalia, & Distributiva.

Cardinalia notis latinis, ac barbaris insignita.

I.	Unus, una, unum.	1.
II.	Duo, duæ, duo.	2.
III.	Tres, & tria.	3.
IV.	Quatuor.	4.
V.	Quinque.	5.
VI.	Sex.	6.

VII.

VII.	Septem.	7.
VIII.	Octo.	8.
IX.	Novem.	9.
X.	Decem.	10.
XI.	Undecim.	11.
XII.	Duodecim.	12.
XIII.	Tredecim.	13.
XIV.	Quatordecim.	14.
XV.	Quindecim.	15.
XVI.	Sexdecim, vel ſedecim.	16.
XVII.	Septendecim.	17.
XVIII.	Octodecim, vel duodeviginti.	18.
XIX.	Novemdecim, vel undeviginti.	19.
XX.	Viginti.	20.
XXI.	Vigintiunus, vel unus, & viginti.	21.
	& ſic in reliquis anteponitur, aut poſtponitur num. minor.	
XXVIII.	Octo, & viginti, vel duodetriginta.	28.
XXIX.	Novem, & viginti, vel undetriginta.	29.
XXX.	Triginta.	30.
XL.	Quadraginta.	40.
L.	Quinquaginta.	50.
LX.	Sexaginta.	60.
LXX.	Septuaginta.	70.
LXXX.	Octoginta.	80.
XC.	Nonaginta.	90.
C.	Centum.	100.
CC.	Bis centum, vel ducenti, tæ, ta.	200.
CCC.	Trecenti, tæ, ta.	300.
CCCC.	Quadringenti, tæ, ta.	400.
D. vel IↃ.	Quingenti, tæ, ta.	500.
DC. vel IↃC.	Sexcenti, tæ, ta.	600.

DCC.

DCC. vel IↃCC.	Septingenti, tæ, ta.	700.
DCCC. vel IↃCCC.	Octingenti, tæ, ta.	800.
CM. vel IↃCCCC.	Nongenti, tæ, ta.	900.
M. vel CIↃ.	Mille.	1000.
MM. vel CIↃCIↃ.	Duo millia.	2000.
MMM. vel CIↃCIↃCIↃ.	Tria millia.	3000.
MMMM. vel CIↃCIↃCIↃCIↃ.	Quatuor millia.	4000.
IↃↃ.	Quinque millia.	5000.
CCIↃↃ.	Decem millia.	10,000.
IↃↃↃ.	Quinquaginta millia.	50,000.
CCCIↃↃↃ.	Centum millia.	100,000.
IↃↃↃↃ.	Quingenta millia.	500,000.
CCCCIↃↃↃↃ.	Mille, vel decies centena millia, *un millione*.	1,000,000.

Ordinalia sunt.

Primus, a, um; secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octavus, nonus; decimus, a um, undecimus; duodecimus, vel decimus secundus; decimus tertius, vel tertius decimus, & sic in cæteris; decimus octavus, vel duovigesimus; decimus nonus, vel undevigesimus; vigesimus, a, um, trigesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, octogesimus, nonagesimus, centesimus, ducentesimus, trecentesimus, quadringentesimus, quingentesimus, sexcentesimus, septingentesimus, octingentesimus, nongentesimus, vel nongesimus, millesimus, bismillesimus, & deinceps.

Distributiva sunt.

Singuli, æ, a, *ad uno ad uno*; bini, æ, a, *a due a due*; terni, æ, a, *a tre a tre*; quaterni, quini, seni, septeni, octeni, noveni, deni, *a dieci a dieci*; undeni, duodeni, terdeni, vel ternideni; quaterdeni, vel quaternideni, quindeni,

deni, senideni, septenideni, octonideni, vel duodeviceni; novenideni, vel undeviceni; viceni, triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, &c.

OBSERVATIO.

Distributiva usurpantur, cùm res una in plures partes dispescitur, ut: binos gladiatores singulis partibus distribuit, *assegnò due gladiatori per parte*.

Distributivis aliquando utuntur Oratores pro cardinalibus. *Plin. in lib.* 8. 36. Quadragenis diebus, *quaranta giorni*. *Cicer. lib.* 8. *epist.* 5. Binas à te accepi litteras, *due lettere*; & sæpè etiam Poetæ.

DE PRONOMINE CAP. II.

PRonomen sic dictum est, quod nominis gerat vicem, ac pro illo ponatur. Dividitur in Primitivum (quod etiam demonstrativum appellatur, præter qui, quæ, quod) & in Derivativum.

Primitivum est: ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui.

Derivativum: meus, tuus, suus, noster, vester; nostras, vestras, atis; cujus, a, um; cujas, atis.

Relativum, quod refert rem præcedentem, est: qui, quæ, quod; is, ea id; ille, ipse, iste; idem, hic, sui.

Sui primitivum, atque ab eo derivatum *suus*, dicuntur etiam reciproca, quia redeunt ad præcedentem casum.

Aliqua componuntur additione syllabica, velut, *met*, *te*, *ce pte*, *cine*: ut egomet, tute, hosce, hisce, suapte, hiccine, hæccine.

Quædam declinatione imitantur substantivorum modum: ut *ego*, *tu*, *sui*, & hæc cuilibet generi consentiunt; velut, ego vir, tu mu-

mulier, sibi mancipio: cætera adjectivorum more declinantur, & connectuntur: ut ille vir, hæc mulier, istud mancipium.

DE VERBO CAP. III.

Verbum est pars orationis variabilis per personas, tempora, ac modos.

Quæ accidunt Verbo, sunt persona, numerus, terminatio, significatio, tempus, modus, & conjugatio.

Persona in utroque numero triplex est: Sing. prima, *amo*; secunda, *amas*; tertia, *amat*. Plur. prima, *amamus*; secunda, *amatis*; tertia, *amant*.

Numeri sunt duo: singularis, & pluralis.

Terminatio aut est in Um, ut Sum, & composita: ut adsum, præsum, absum: aut in O, ut laudo, jubeo, sedeo: aut in Or, ut sequor, solor, hortor, amor.

Significatione verò Grammatici in sex genera Verba distinguunt.

1. In Activa, hoc est, actionis transeuntis in aliud: ut laudo, erudio, vestio, fero, bibo.

2. Passiva, quæ formata ab activis adjuncto, R, passivè significant: ut laudor, erudior, vestior, feror, amor.

3. In Neutra, seu actionis absolutæ, & in se permanentis: ut sum, sto, sedeo, jaceo, quiesco, eo, gaudeo, doleo.

4. In Communia, quæ R finita activè, & rarò passivè significant: ut aspernor, *disprezzare, ed esser disprezzato*; depopulor, *saccheggiare, ed esser saccheggiato, &c.*

5. Deponentia, sic appellata, quia significationem passivam deposuerunt; & hæc terminata in R sunt actionis activæ transeuntis in aliud, aut permanentis in seipsis: ut jaculor, abominor, orior, gradior.

6. In

6. In impersonalia, quæ ut plurimùm habent solummodo tertiam personam: ut oportet, pluit, docet, pœnitet, tædet, itur, curritur, & his similia.

Modi sunt quatuor: Indicativus, Imperativus, Conjunctivus, Infinitivus.

Indicativus est, quo plerumque indicamus, & interrogamus: ut Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Quis hic loquitur?

Imperativus, quo præcipimus, & precamur. *Pers. sat.* 4. Tecum habita, & noris, quàm sit tibi curta supellex.

Conjunctivus, quem sic appellant, quod non perficiat sententiam, nisi adjunctione alterius modi, aut temporis sui ipsius: ut Judicem nil timeo, cùm legem non violaverim.

Infinitivus modus non habet certam personam, aut numerum: ut amare, amavisse: discere, &c.

OBSERVATIO I.

Modus conjunctivus nonnunquam explicatur per verba *possum*, *volo*, *debeo*: ut, tranquillitate conscientiæ nihil excogites beatius, *non puoi, ò non potresti mai immaginarti.* *Teren. And.* Diceret: quid feci? *potrebbe dire*. *Virg.* Quid memorem? *che devo io dire; a che fin devo io raccontare, &c.* Unus homo tot demiserit orco? *che un solo abbia potuto mandare*. *Teren. And.* Ubivis faciliùs passus sim, quàm in hac re me deludier, *vorrei più tosto aver patito qualsivoglia altra cosa, che esser burlato, &c.*

Interdum per *concedo*, & *permitto*. *Teren.* Vivat cum illa. *Concedo; per me viva, non mi curo, che viva.* Iveris, *va pure, non ti tengo*. Vos videritis, *pensateci voi, vi lascio pensare a voi*.

OB-

OBSERVATIO II.

De ratione convertendi Gerundium Italicum simplex, & participio adjunctum, per Conjunctivum modum, cum particulâ Cùm.

1. Gerundium simplex Italicum redditur per præsens Conjunctivi, cùm tempus, quod illi respondet, est præsens, aut futurum; aut imperfectum conjunctivi, aut etiam præteritum perfecti indicativi vocis propinquæ, ut sunt: *Ho lodato, ho cercato, sono ritornato E.G. Sapendo, che i peccatori sono puniti da Dio, hai disprezzato, non devi, non dovrai, non dovresti disprezzare la sua legge.* Cùm scias peccatores à Deo puniti contempsisti: non debes, non debebis, non deberes ejus legem contemnere.

Interdum Gerundium convertitur per imperfectum, cùm tempus, ad quod refertur, est præteritum perfectum propinquæ vocis, sic: *Avvicinandosi quà il mio nemico, mi son subito partito:* Cùm meus inimicus huc adventaret, statim discessi.

2. Si Gerundium refertur ad præt. imperf. vel perfectum indicativi remotæ vocis, ut: *Andai, lodai, e lessi;* seu ad præt. plusq. perf. indicativi, aut conjunctivi; tunc convertitur per imperfectum, sic: *Essendo tu giovane, temevi più Dio:* Cùm esses juvenis, magis Deum timebas. *Ritornando il Principe, gli andai incontro:* Cùm Princeps reverteretur, ei obviam processi. *Dando tu fine agli studj di Filosofia, io non avevo ancora imparato i principj di gramatica:* Cùm Philosophiæ studia absolveres, rudimenta grammatices ego nondum didiceram. *Essendo i poveri angustiati dalla fame, gli averei volentieri provvisti del necessario,*

fario, se tu avessi voluto: Cùm pauperes fame premerentur necessaria illis libenter suppeditassem, si id mihi per te licuisset.

3. Si Gerundium participio Italico copulatum respondeat ad tempus præsens, ad præteritum perfectum vocis propinquæ, ad futurum, & ad imperfectum conjunctivi, exprimitur per præteritum perfectum, ut: *Essendo tu stato sempre buono, chi è, che non ti ami? chi non ti amerà? non ti amerebbe? non ti ha fino adesso amato?* Cùm morum probitate semper præstiteris, quis non te amat? amet? amabit? amaret? adhuc amavit?

4. Si verò respondeat ad imperfectum, ad præteritum perfectum vocis remotæ, ad præteritum plusquam perfectum indicativi, aut conjunctivi, per plusquam perfectum convertitur, ut: *Entravi, entrasti, eri entrato nell' anno ventesimo, non essendo ancor io uscito del decimo terzo:* Attingebas, attigisti, attigeras vigesimum annum, cum nondum ego e pueris excessissem.

Satiùs dignoscetur interdum, per quodnam tempus conjunctivi convertendum sit gerundium, sive simplex, sive participio adjunctum, si integra sententia mutabitur in has voces: *Mentre, e quando:* ut *essendo, mentre, quando eri ragazzo, eri assai migliore:* Cùm, dum eras esses puer, impensiùs pietatem colebas. *Ritornando, essendo ritornato, quando ritornai in Italia, ritrovai, &c.* Cùm repeterem, repetivissem, cùm repetivi Italiam, comperi, &c.

Tempora modorum sunt quinque: Præsens, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, præteritum plusquam perfectum, & futurum.

Ver-

Verba passiva, & deponentia carent temporibus præteritis perf. & plusquam perfectis, & futuro conjunctivi; & pro his utimur verbo Sum, ac participiis in Tus, Sus, Xus, Vus, ut laudatus sum, vel fui; laudatus eram, vel fueram; imitatus sum, vel fui, imitatus eram, vel fueram, &c. ut videre est in paradigmatis Conjugationum.

OBSERVATIO

Circa modorum Tempora.

De Tempore Indicativi futuro.

FUturum quartę Conjugationis apud veteres exibat non modo in *Am*, sed & in *Ibo:* unde remansit, *Ibo*, ab *eo*, *is*. *Teren. Hecy. a.* 3. 5. Matris *servibo* commodis *Plaut. Truc.*4.2. Jam tua probra *aperibo* omnia.

Composita ab *Eo*, non semper retinent *Ibo. Tibul. eleg.* 4. *lib.* 1. At si tardus eris, errabis, *transiet* ætas.

De Tempore Imperativi.

MOdus Imperativus unicum tempus habet; siquidum, *lauda*, *laudato*, *laudate*, *laudanto* nullo temporis discrimine apud classicos Scriptores reperiuntur, contra quosdam putantes, *laudato*, *laudatote*, *laudanto*; significare tempus futurum tantùm. *Cic.Ep.*11. *l.*3. Vale, & in censurâ de proavo multùm cogitato tuo. *Id. pro Rosc.* Ubi multa facta videtis, ibi scelus inter tot flagitia latere putatote.

Pro Imperativo non raro utuntur Scriptores futuro Indicativi, tum etiam præsenti, ac futuro conjunctivi; hoc verò præcipuè accedente negatione. *Cic. ad Treb.l.*7. Puerum curabis, & amabis. Pro cura, & ama; curato, & amato. *Plaut.Truc. act.* 2. 4. *Dinarch.* Valeas. *Phron.* Vale. *Teren. Hecy. act.* 5. 3. Percontari desinat, & *Eunuc.* 2. 3. Si certum est facere,

facias. Sed hic intelligi potest: *volo, fac, ut*; aut quid simile. *Virg. ecl.* 10. Ah ne te frigora lædant, hoc est, cave. *Mart. lib.5.ep.35.* Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi, Terra gravis fueris: non fuit illa tibi.

De Tempore Conjunctivi futuro.

CONjunctivi futurum desinit in *Ro*, & in *Rim*: sive terminatio præt. perf. in *Rim*, signat aliquando futurum tempus. *Teren. And.* 1. 2. Ut si te inde exemerim, ego pro te molam. *Id. And.* 3. 2. Certè si resciverim.

Invenitur similiter duplex hæc terminatio futuri in *Ro*, & in *Rim*, pro futuro indicativi. *Plaut. Amphitr. act.* 3. 2. Ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero. *Cic. lib.* 1. *leg.* Ego verò libenter audierim; *& alibi sæpè*, pro *Ducam*, & *Audiam*.

Hoc idem futurum olim à verbis primæ Conjugationis exibat in *Asso*, & in *Esso* à verbis secundæ. *Plaut. Most.* 1. 3. Si bonam famam mihi servasso, sat ero dives.

A Varrone hoc futurum appellatur *exactum*, idest præteritum, quia constat præterito, & futuro tempore.

De Tempore Infiniti futuro.

QUoniam Infinitivus futuro caret, utimur participio in *Rus*, ac infinitivo *Esse*, rarissimè *fore*; quod rarissimè item reperitur cum participiis in *Tus*, *Sus*, *Xus*, *Vus*; ut laudaturum, ram, rum esse; imitaturum esse; ut, Magistrum puto vos probè eruditurum esse. Credo discipulos imitaturos esse magistrum.

In verbis passivis, quæ fiunt ex activis addità litterà R, ut à laudo, laudor; à vestio, vestior, utimur supino activo in *um*; & infinitivo *iri*, ut litteras puto à vobis lectum, hoc est,

est, puto iri à vobis lectum litteras: non autem *lectas iri*: Supinum enim non declinatur adjectivorum more; & *litteras* pendet ab ipso supino *lectum*. Ideò aliqui contendunt mutari debere locum apud Quintilianum *lib.9. cap.2.* Reus damnatum iri videbatur; reponique *Reum*: ut sit librariorum mendum. Ne igitur latinè dixeris: dicuntur amici liberatum iri; sed, dicitur liberatum iri amicos; quia accusativus pendet à supino, *liberatum*. Et sic in similibus.

Ab antiquis participium futuri temporis in *Rum*, hoc loco non variabatur, ac erat omnis generis, & utriusque numeri. *Quadrigarius apud Agellium l.1.c.7.* Est quod speremus, Deos bonis benefacturum. *Sylla 21. rer. suarum.* Ad summam perniciem remp. perventurum esse, pro *benefacturos*, *perventuram*; ut politioris litteraturæ amatores locuti sunt.

In hoc futuro erat olim terminatio in *Assere*, ex conjunctivi futuro in *Asso* derivata. *Plau. Aul.* 4. 7. Et illud confido à fratre me *impetrassere*, pro *impetraturum*. Id verò rancidam, & obsoletam antiquitatem redolet.

CONjugationes, idest variationes verborum per sua accidentia, sunt quatuor: Prima in secundâ persona singulari indicativi modi desinit in *As*, in imperativo in *A*, in infinitivo *Are* longum, ut *amo, amas, ama, amare*. Do tamen habet *dare* breve.

Secunda in *Es*, *E*, *Ere* longum, ut *doceo*, *doces*, *doce*, *docere*.

Tertia in *Is*, *E*, *Ere* breve, ut *lego*, *legis*, *lege*, *legere*.

Quarta in *Is*, *I*, *Ire* longum, ut *audio*, *audi*, *audi*, *audire*, *ut diximus pag. 23.*

In Conjugationibus habetur præcipua conside-

ſideratio temporis præteriti perfecti indicativi, ac ſupinorum: inde enim formantur in *ſſem*, *ſſe*, & converſo ultimo I in E, in *Ram*, *Rim*, *Ro*; hinc participia præteriti: ut ab amavi, amaveram, amaverim, amavero, amaviſſem, amaviſſe: ab amatum, ſive amatu, amatus, ta, tum: à conſolatum, conſolatus, ta, tum. Idem de cæteris judica.

De Præteritis, ac Supinis.

VErba compoſita plurimùm, ut ſimplicia, variantur, ut lædo, is, læſi, læſum: ſic allido, ſi, ſum; collido, liſi, ſum; elido, liſi, liſum, &c.

2. Si verbum ſimplex geminet in præterito primam ſyllabam, compoſitum eandem non retinet: ut pello, pepuli, pulſum; compello, compuli; depello, depuli: diſpello, diſpuli, &c.

3. Retinent autem compoſita à *diſco*, & *poſco*, ac aliqua à *curro*, ut ſuo loco dicetur; diſco, didici: ita addiſco, addidici, & dediſco, dedidici. Poſco, popoſci: ita repoſco, repopoſci; ſic etiam pungo, pupugi, repungo, repupugi.

4. Verba in *or* finguntur ſicut verba in *o*, ut reperias participium præteriti temporis: ut imitor, fingitur: *Imito, as, avi, atum.* Hinc: imitatus, a, um. Idem ſtatue in cæteris Verbis cujuſcumque Conjugationis.

5. Quæ carent præteritis, ſpoliantur etiam Supinis in qualibet Conjugatione.

De Præteritis, & Supinis primæ Conjugationis.

VErba Primæ habent præteritum in *avi*, Supinum verò in *atum*. Ut: Ploro, as, avi, atum: Voco, as, avi, atum.

Exceptionem patiuntur.

Accubo,	bui,	bitum,	*giacere.*
Adjuvo,	juvi,	jutum,	*ajutare.*

Pe-

Petron. Adjuvaturos.
Crepo, pui, pitum, *far rumore.*
Rarò, avi, atum. Ita composita, ut Increpo.
Cubo, bui, bitum, *giacere.*
Quintil. lib. 8. 2. Cubasse. Ita composita Primæ, & Tertiæ, ut Incumbo, is.
Dimico, avi, atum, *combattere.*
Ovid. 2. *Amor. eleg.* 13. Dimicuisse.
Discrepo, pui, vel pavi, itum, *discordare.*
Do, dedi, datum, *dare.*
Ita composita hujus Conjugationis, ut circumdo.
Domo, mui, mitum, *domare.*
Frico, cui, frictum, vel avi, atum, *stropicciare.*
Juvo, juvi, S. S. *ajutare.*
Juvaturum. *Saluſt. in Jug.*
Labo, S. P. *vacillare.*
Lavo, vi, lotum, lautum, lavatũ, *lavare.*
Mico, cui, S. S. *risplendere.*
Ita composita, præter dimico.
Neco, avi, atum, *ammazzare.*
Enn. Necui.
Nexo, S. P. *annodare.*
Obsto, stiti, statum, *opporsi.*
Præsto, stiti, statum, vel stitum, *avanzare.*
Plico, cui, citum, *piegare.*
Sic quatuor composita: Applico, Complico, Explico, Implico, cui, itum, vel avi, atum. Sed, Multiplico, Replico, Supplico, Triplico, avi, atum.
Poto, avi, atum, & potum, *bere.*
Seco, cui, ectum, *segare.*
Rarò, avi, tum.
Sono, nui, nitum, *sonare.*
Horat. lib. 1. *sat.* 4. Sonaturum.
Sto, steti, statum, *stare in piedi.*

 Com-

Composita: *stiti*, & in Supino potiùs, *statum*, quàm *stitum*, ut obsto, stiti, statum.
Tono, nui, nitum, *tonare.*
Horat. Ep. Od. 2. Hyems intonata fluctibus.
Veto, tui, titum, *vietare.*
Pers. sat. 5. Vetavi.

De Præteritis, & Supinis secundæ Conjugationis.

1. Verba Secundæ habent *ui* in præterito: *itum* in Supino, ut habeo, es, bui, bitum. Polliceor, eris, licitus sum.

2. Oleo, lui, litum, *rendere odore.* Composita, quæ retinent significationem sequuntur normam primitivi, ut Redoleo, lui, litum. Si verò mutant, ferè habent, levi, letum, ut Exoleo, levi, letum. Inoleo, vel Inolesco, levi, letum, *crescere.*

3. Composita à *Pleo* habent *evi*, *etum*, ut Compleo, Impleo.

Excipiuntur.

Aboleo, lui, levi, litum, letum, *annullare, cancellare.*
Adoleo, lui, levi, olitũ, vel ultũ, *abbruciare.*
Adoleo, vel adolesco, evi, ultum, *crescere in età.*
Aceo, cui, s. s. *esser acido.*
Albeo, bui, s. s. *esser bianco.*
Algeo, alsi, s. s. *aver freddo.*
Arceo, cui, s. s. *allontanare.*
Sed Composita: Exerceo, coërceo, cui, citum.
Ardeo, arsi, arsum, *ardere.*
Audeo, ausus sum, *ardire.*
Aveo, S. P. *bramare.*
Augeo, xi, ctum, *accrescere.*
Calveo, S. P. *esser calvo.*
Caveo, avi, autum, *aversi cura, schivare.*
Censeo, sui, censum, *giudicare.*
Clueo, S. P. *esser stimato.*
Cieo, ivi, itum, *chiamare.*

Con-

Conniveo, nivi, vel nisi, s. s. *dissimulare, serrando gli occhi.*
Decet, cuit, s. s. *convenire.*
Deleo, levi, letum, *cancellare.*
Denseo, S. P. *condensarsi.*
Diffiteor, S. P. *negare.*
Doceo, cui, ctum, *insegnare.*
Egeo, gui, s. s. *aver bisogno.*
Ita compositum Indigeo.
Emineo, nui, s. s. *esser eminente.*
Fateor, fassus sum, *confessare.*
Composita, fessus, ut confiteor.
Faveo, avi, fautum, *favorire.*
Ferbeo, bui, s. s.)
Ferveo, vui, s. s.) *bollire.*
Flaveo, avi, s. s. *esser biondo.*
Fleo, evi, etum, *piagnere.*
Foveo, ovi, fotum, *covare.*
Frendeo, di, fressum, *(rompere.*
Ita frendo, is. *(fremere.*
Frigeo, xi, s. s. *aver freddo.*
Fulgeo, si, s. s. *risplendere.*
Gaudeo, gavisus sum, *rallegrarsi.*
Glabreo, S. P. *esser spelato.*
Hæreo, hæsi, hæsum, *star accostato.*
Jaceo, cui, s. s. *giacere.*
Immineo, nui, s s. *soprastare.*
Indulgeo, ulsi, ultum, *compiacere.*
Jubeo, jussi, jussum, *comandare.*
Langueo, gui, s. s. *languire.*
Lateo, tui, s. s. *star ascosto.*
Libet, buit, vel libitum est, *piacere.*
Licet, cuit, vel licitum est, *esser lecito.*
Liqueo, qui, s. s. *liquefarsi.*
Liveo, S. P. *esser livido.*
Luceo, uxi, s. s. *far lume.*
Lugeo, uxi, uctum, *piagnere.*

Madeo, dui, s. s. *esser bagnato.*
Maneo, ansi, ansum, *restare.*
Ita composita, præter Emineo, & Immineo, quæ carent Supinis.
Medeor, S. P. *medicare.*
Misceo, scui, istum, vel xtum, *mescolare.*
Misereor, ertus sum, *compassionare.*
Mœreo, S. P. *attristrarsi.*
Mordeo, momordi, morsum, *mordere.*
Moveo, ovi, motum, *muovere.*
Mulceo, ulsi, ulsum, *ammollire.*
Mulgeo, ulsi, ulctum, *mugnere.*
Neo, nevi, netum, *filare.*
Nigreo, grui, s. s. *esser nero.*
Niteo, tui, s. s. *esser pulito.*
Palleo, lui, s. s. *esser pallido.*
Pateo, tui, s. s. *esser aperto.*
Paveo, avi, s. s. *temere.*
Pendeo, pependi, s. s. *star attaccato.*
Piget, guit, vel pigitum est, *rincrescere.*
Pingueo, gui, s. s. *esser grasso.*
Polleo, lui, s. s. *aver forza.*
Prandeo, di, & pransus sum, *desinare.*
Pudet, duit, vel puditum est, *vergognarsi.*
Rauceo, cui, vel rausi, raucum, vel rausum: ita raucio, is, *esser fioco.*
Releo, levi, letum, *dissigillare.*
Renideo, S. P. *risplendere.*
Reor, ratus sum, *pensare.*
Rideo, risi, risum, *ridere.*
Rigeo, gui, s. s. *indurirsi.*
Rubeo, bui, s. s. *esser rosso.*
Sedeo, di, sessum, *sedere.*
Sileo, lui, s. s. *tacere.*
Soleo, solitus sum, vel solui, *esser solito.*
Sorbeo, bui, sorptum, *inghiottire.*
Spondeo, spopondi, sponsum, *promettere.*

Strideo, ſtridi, s. s.	*ſtridere.*
Suadeo, ſi, aſum,	*perſuadere.*
Taceo, cui, citum,	*tacere.*

Sec compoſita, Conticeo, Reticeo, carent Supinis.

Teneo, nui, tentum,	*tenere.*

Ita compoſita, ut Abſtineo, &c.

Tergeo, terſi, terſum,	*forbire, nettare*

Ita Tergo, gis.

Timeo, mui, s. s.	*aver paura.*
Tondeo, totondi, tonſum,	*toſare.*
Torqueo, rſi, tortum,	*torcere.*
Torreo, rui, toſtum,	*arroſtire.*
Tueor, tuitus ſum,	*difendere.*
Turgeo, ſi, s. s.	*enfiarſi.*
Video, di, viſum,	*vedere.*
Vieo, evi, etum,	*legare.*
Voveo, vi, votum,	*far voto.*
Urgeo, ſi, s. s.	*ſpignere.*

De Præteritis, & Supinis tertiæ Conjugationis.

Verba hujus Conjugationis varia ſunt in Præteritis, & Supinis.

1. Nam à Facio, feci, factum, quæ naſcuntur, efformant *eci*, *ectum*, ut Afficio, Deficio, &c.

2. A Specio compoſita, habent *exi*, *ectum*, ut Aſpicio, Illicio. Sed elicio, cui, licitum, *cavar gentilmente.*

3. Verba in *uo*, habent *ui*, *utum*, ut acuo, ui, utum. Imbuo, ui, utum, &c.

4. Si littera V vocalis præcedat litteram O, verba faciunt, *xi*, *ctum*, ut Coquo, xi, ctum; Extinguo, xi, inctum.

5. Verba in Bo, faciunt, *bi*, *itum*, ut bibo, bibi, bibitum; Glubo, bi, itum, *ſcorticare*. Eſt etiam *gluptum*. Plaut. in Pœn.

Quæ desinuut in *Sco*, mutuantur præterita à suis primitivis, ut Tremisco, tremui: quia sic tremo. Calesco, calui: quia sic caleo; & ita in ceteris. Conquinisco, olim, conquexi, *chinarsi*.

Carent præteritis verba in *Sco* à nomine composita, ut ab Herba, Herbesco; à Sylva, Sylvesco; à puero, puerasco; à die, diescit, & hujusmodi.

7. Verba in *Do*, formant, *di*, *sum*, ut scando, di, ansum. Mando, di ansum, *masticare*.

8. Composita à *Do*, *as*, *dedi*, *datum* exeunt in *didi*, *ditum*, ut Addo, Condo, Prodo, Vendo, &c.

9. Verba finita in *Go*, faciunt, *xi*, *ctum*, ut Pingo, Rego.

Ita à Verbo Fligo inusitato, eodem modo faciunt. Ut Affligo, Confligo.

10. Finita in *Lo*, & *Mo*, habent *ui*, *itum*, ut Molo, Vomo, Gemo.

11. In *Po*, formant præteritum, *psi*; supinum, *ptum*, ut Repo, Scalpo.

12. Terminata in *So*, habent *ivi*, *itum*, ut Lacesso, Arcesso, Facesso: sæpè tamen perdunt *ivi*, in præterito, ut Capesso, ivi, & capessi, *provocare*.

Eximuntur.

Abscondo, didi, ditum, & ondi, onsum, *ascondere*.
Adipiscor, eptus sum, *acquistare*.
Ago, egi, actum, *fare, trattare*.

Supinis carent duo hinc composita: Prodigo, & Dego.

Agnosco, ovi, itum, *conoscere*.
Alo, lui, litum, & altum, *nudrire*.
Ambigo, S. P. *dubitare*.
Amplector, plexus sum, *abbracciare*.

Ango,

Ango, anxi, s. s. *affannare, accorare.*
Attollo, S. P. *innalzare.*
Cado, cecidi, casum, *cascare.*
Composita retinent in supino, *a*, inde occasurus, recasurus, apud Ciceronem, & Plinium; sed pauca admodùm sunt in usu ab hoc Verbo supina.
Calvo, vi, s. s. *ingannare.*
Cano, cecini, cantum, *cantare.*
Composita, *nui*, *entum*, quia olim cano, canui, ut concino, *cantare insieme*.
Capio, cepi, captum, *pigliare.*
Composita habent in supino, *ceptum*, ut Accipio, Percipio.
Cædo, cecidi, cæsum, *tagliare.*
Composita mutant, *a*, in *i*, ut Concido, cidi, cisum, *tagliar minutamente*.
Cedo, essi, essum, *cedere, partirsi.*
Cerno, crevi, cretum, *vedere, deliberare.*
Clango, anxi, & gui, s. s. *sonar di tromba.*
Claudo, ausi, ausum, *serrare.*
Cognosco, ovi, itum, *conoscere.*
Colo, lui, cultum, *coltivare, riverire.*
Comminiscor, mentus sum, *fingere.*
Como, compsi, comptum, *acconciare il capo.*
Comparco, parsi, parsum, *risparmiare.*
Compesco, pescui, s. s. *raffrenare.*
Compungo, unxi, unctum, *compugnere.*
Ita Dispungo, & Expungo, *cancellare.*
Congruo, grui, s. s. *confarsi.*
Consulo, lui, ultum, *chieder consiglio, provvedere.*

Cresco, crevi, cretum, *crescere.*
Cupio, ivi, itum, *desiderare.*
Curro, cucurri, cursum, *correre.*
Composita abiiciunt primam syllabam sui simplicis, ut Accurro, accurri, accursum; sed Concurro, & Præcurro habent cucurri, & curri.
Decumbo, bui, bitum, *giacere.*
Ita composita à Cubo.
Dego, egi, s. s. *vivere.*
Delinquo, liqui, lictum, *peccare, errare.*
Demo, empsi, emptum, *levar via.*
Depso, psui, s. s. *ammollire, far tenero.*
Inde panis depsiticus, *pane gramolato.*
Desipio, pui, s. s. *impazzare.*
Dico, xi, ctum, *dire.*
Diligo, exi, ectum, *voler bene.*
Disco, didici, s. s. *imparare.*
Dispesco, scui, s. s. *separare, dividere.*
Diverto, erti, s, s. *andare ad alloggiare.*
Sic Divertor.
Divido, si, sum, *dividere.*
Duco, xi, ctum, *condurre.*
Edo, edi, esum, *mangiare.*
Ita composita, Comedo, habet etiam *estum.*
Emo, emi, emptum, *comprare.*
Evado, asi, asum, *scampare, diventare.*
Excello, lui, elsum, *avanzare.*
Expergiscor, experrectus sum, *svegliarsi.*
Explodo, osi, osum, *cacciar fuori.*

Extollo, tuli, elatum,	*inalzare.*
Fallo, fefelli, falſum,	*ingannare.*
Fatiſco, S. P.	*aprirſi.*
Fero, tuli, latum,	*portare.*
Fido. di, & fiſus ſum,	*fidarſi.*
Figo, xi, xum,	*conficcare.*
Findo, fidi, fiſſum,	*ſparrire, dividere.*
Fingo, nxi, fictum,	*fingere.*
Flecto, xi, exum,	*piegare.*
Fluo, xi, xum,	*ſcorrere.*
Fodio, di, foſſum,	*zappare.*
Frango, fregi, fractum,	*rompere.*
Frigo, xi, ixum,	*friggere.*
Fruor, fruitus ſum,	*godere.*
Fugio, ugi, itum,	*fuggire.*
Fundo, fudi, fuſum,	*ſpargere.*
Fungor, functus ſum,	*far l' offizio.*
Furo, S. P.	*infuriarſi.*

Sedulius tamen ait *lib.* 1. *Op. Paſc.* Furuerunt juſſa Tyranni.

Gero, geſſi, geſtum,	*portare.*
Gigno, olim, Genuo, nui, nitum.	*generare.*
Gliſco, S. P.	*creſcere.*
Gradior, greſſus ſum,	*andare.*
Hiſco, S. P.	*aprirſi.*
Jacio, jeci, jactum.	*lanciare, tirare.*
Ico, ici, ictum,	*percuotere.*
Ignoſco, ovi, otum,	*perdonare.*
Impingo, pegi, pactum,	*urtare, ſpingere.*
Inceſſo, ceſſi, & ceſſui, s. s.	*moleſtare, aſſalire.*
Ingruo, grui, s. s.	*ſopraſtare.*
Intelligo, exi, ectum,	*intendere.*
Iraſcor. ratus ſum,	*addirarſi.*

Labeſco, S. P. *vacillare.*
Labor, lapſus ſum, *ſdrucciolare.*
Lambo, bi, s. s. *leccare.*
Læedo, æſi, læſum, *offendere.*
Lego, legi, lectum, *leggere, raccogliere.*

Ita compoſita præter duo: Diligo, & Intelligo.
Lingo, nxi, nctum, *leccare.*
Linio, livi, lini, levi, litum, *ugnere, impiaſtrare.*
Linquo, liqui, s. s. *abbandonare.*

Sed compoſita habent ſup. lictum. Ut: Derelinquo, liqui, lictum,
Liquor, S. P. *eſſer liquido.*
Loquor, cutus ſum, *parlare.*
Ludo, ſi, uſum, *giocare.*
Luo, lui, luitum. *purgare, pagare.*

Sed compoſita in ſup. abiiciunt, I: ut Diluo, lui, lutum, *lavare.*
Malo, lui, s. s. *voler più toſto.*
Mejo, inxi, ictum, *orinare.*
Mergo, erſi, erſum, *attuffare.*
Meto, eſſui, meſſum, *mietere.*
Metuo, tui, s. s. *temere.*
Mitto, iſi, miſſum, *mandare.*
Morior, mortuus ſum, *morire.*
Hinc moriturus,
Nanciſcor, nactus ſum, *trovare.*
Naſcor, natus ſum, *naſcere.*
Inde naſciturus.
Necto, nexi, & xui, xum, *aggruppare.*
Negligo, glexi, glectum, *ſtrapazzare.*
Ningo, ninxi, s. s. *nevicare.*
Nitor, niſus, & ixus ſum, *sforzarſi, appoggiarſi.*

No-

Nolo, lui, s. s.	*non volere.*
Nosco, novi, notum,	*conoscere.*
Nubo, nupsi, vel nupta sum,	*maritarsi.*
Nuo, nui, s. s.	*far cenno.*
Obliviscor, oblitus sum,	*scordarsi.*
Occulo, lui, ultum,	*occultare.*
Paciscor, pactus sum,	*pattuire*
Pago, pepigi, pactum,	*far patti.*
Pando, di, pansum, & passum,	*aprire.*
Pango, anxi, anctum,	*comporre, piantare.*
Prisce, pegi,	
Parco, peperci, parsi, parsum,	*perdonare.*
Pario, peperi, partum, Inde pariturus.	*partorire.*
Pasco, pavi, pastum,	*pascere.*
Patior, passus sum,	*patire.*
Pecto, xi, & xui, pexum,	*pettinare.*

Rarò pectitum. *Colum. lib.* 12 *c.* 3. Pectitæ. lanæ.

Pedo, pepedi, s. s.	*far romore.*
Pello, pepuli, pulsum.	*scacciare.*
Pendo, pependi, pensum,	*pesare.*
Peto, ivi, itum,	*chiedere.*
Pinso, sui, pinsitum, pistum, & pinsum,	*far il pane. pestare.*
Plango, xi, planctum,	*percuotere.*
Plaudo, si sum,	*far festa colle mani.*
Plecto, xi, xum,	*punire.*
Pluo, plui, s. s.	*piovere.*
Pono, sui, situm,	*porre.*
Posco, poposci, s. s.	*chiedere.*
Præcello, lui, elsum,	*superare.*
Premo, essi, essum,	*calcare.*
Prodigo, egi, s. s.	*scialacquare.*
Proficiscor, fectus sum,	*partirsi.*

Pro-

Promo, ompsi, omptum, *cavar fuori.*
Psallo, psalli, s. s. *cantare.*
Pungo, pupugi, unxi, unctum, *pugnere.*
Ita Repungo, repupugi, punctum.
Quatio, S. P. *sbattere.*
Invenitur tamen Quassus, sa, sum. Composita faciunt *ussi*, *ussum*, ut: Concutio, Excutio.
Quæro, sivi, situm, *cercare.*
Queror, questus sum, *lamentarsi.*
Quiesco, evi, tum, *riposarsi.*
Rado, si, sum, *radere.*
Rapio, pui, raptum, *togliere per forza.*
Composita *pui*, *reptum*, ut: Eripio, surripio.
Refello, refelli, s. s. *confutare.*
Relino, levi, litum, *aprire, sturare.*
Reminiscor, S. P. *rammentarsi.*
Respuo, pui, s. s. *rifiutare.*
Ringor, S. P. *torcer la bocca*
Rodo, si, sum, *rodere.*
Rudo, di, s. s. *ragghiare.*
Rumpo, pi, ruptum, *rompere.*
Ruo, rui, ruitum, *rovinare.*
Composita abiiciunt I, in supino, ut Eruo, rui, rutum, *cavare, liberare.*
Sallo, salli, salsum, *insalare.*
Sapio, pivi, pui, vel pii, s. s. *esser savio, aver sapere.*
Scabo, bi, s. s. *grattare.*
Scindo, cidi, scissum, *spartire, dividere.*
Scisco, scivi, scitum, *informarsi, decretare.*
Scribo, psi, scriptum, *scrivere.*
Sequor, secutus sum, *seguitare.*
Sero, sevi, satum, *seminare, piantare.*

Sic

Sic conjugantur composita, quæ in supino mutant A in I, cum retinent significationem seminandi; ut: Confero, sevi, situm. At cum habent significationem ordinandi, aut aliam, tunc faciunt ut antiquum Sero, serui, sertum; ut: Insero, serui, sertum, *innestare*.

Sido, di, s. s. *porsi a sedere*.
Sino, sivi, situm, *permettere*.
Sisto, stiti, statum, *presentare, ritenere*.

Composita non solent habere supina: apud Ulpianum tamen reperitur *extiturus*.

Solvo, vi, lutum, *sciogliere, pagare*.
Spargo, arsi, arsum, *spargere*.
Sperno, sprevi, spretum, *disprezzare*.
Sterno, stravi, stratum, *gettare a terra, coprire*.
Sterto, tui, s. s. *ronfare*.
Strepo, pui, pitum, *strepitare*.
Struo, xi, ctum, *fabbricare*.
Suesco, evi, etum, *assuefarsi*.
Suffero, S. P. *soffrire*.
Sugo, xi, suctum, *succhiare*.
Sumo, mpsi, sumptum, *pigliare*.
Surgo, surrexi, rectum, *sorgere*.
Tango, tetigi, tactum, *toccare*.
Temno, tempsi, s. s. *disprezzare*.

At contemno habet supinum contemptum.

Tendo, tetendi, tensum, & tentum, *tendere*.
Tero, trivi, tritum, *pestare*.
Texo, xui, textum, *tessere*.
Tollo, substuli, sublatum, *torre, alzare*.
Olim Tetuli.
Traho, axi, actum, *strascinare*.
Tremo, mui, s. s. *tremare*.

Tru-

Trudo, si sum, *spignere*.
Tundo, tutudi, tunsum, *pestare*.
Composita *tusum*, ut Contundo, tudi, tusum.
Vado, S. P. *scampare, andare*.
Composita *si, sum*, ut Invado, si, sum, *assalire*.
Veho, xi, ctum, *portare*.
Vello, velli, *vel* vulsi, vulsum, *strappare*.
Vergo, S. P. *voltarsi*.
Verro, verri, versum, *spazzare*.
Verto, verti, versum, *voltare*.
Vescor, S, P. *eibarsi*.
Vinco, vici, victum, *vincere*.
Viso, visi, visum, *andare a vedere*.
Ulciscor, ultus sum, *vendicarsi*.
Volo, lui, s. s. *volere*.
Volvo, volvi, lutum, *voltare*.
Uro, ussi, ustum, *bruciare*.
Utor, usus sum, *servirsi*.

De Præteritis, & Supinis Quartæ Conjugationis.

1. VErba quartæ Conjugationis faciunt *ivi*, sæpè per syncopen, *ii*, *itum*, ut: Nutrio, ivi, nutrii, nutritum. Salio, lii, livi, saltum, *saltare*.

2. Carent supinis desiderativa in *rio*, ut: Cœnaturio, Scripturio: præter Esurio, & Parturio.

Excipiuntur à communi Regulâ.
Amicio, cui, amixi, ictum, *coprire*.
Aperio, rui, ertum, *aprire*.
[As]sentior, assensus sum, *acconsentire*.

Com-

Comperio, ri, pertum,	*trovare.*
Experior, expertus ſum,	*far prova.*
Farcio, arſi, fartum,	*ingraſſare, empiere.*
Ferio, S. P.	*ferire.*
Fulcio, fulſi, fultum,	*ſoſtenere.*
Geſtio, ivi, s. s.	*geſtire.*
Haurio, hauſi, hauſtum,	*cavare, come acqua.*
Perrarò haurii, & hauritum.	
Metior, menſus ſum,	*miſurare.*
Rarò metitus.	
Operio, rui, ertum.	*coprire.*
Opperior, oppertus ſum,	*aſpettare.*
Rarò opperitus.	
Ordior, orditus ſum,	*ordire.*
Ordior, orſus ſum,	*cominciare.*
Orior, riris, vel reris, ortus ſum,	*naſcere.*
Inde Oriturus.	
Raucio, rauſi, rauſum,	*eſſer fioco.*
Refercio, ferſi, fertum,	*riempiere.*
Reperio, peri, pertum,	*trovare.*
Salio, ivi, & lii, ſaltum,	*ſaltare.*
Sancio, civi, ſancitum,	*ordinare, decretare.*
Et ſanxi, ſanctum,	
Sarcio, ſarſi, ſartum,	*riſarcire.*
Sentio, ſenſi, ſenſum,	*ſentire.*
Sepelio, livi, ſepultum,	*ſeppellire.*
Sepio, ivi, & ſepſi, ſeptum,	*circondare.*
Singultio, ivi, ultum,	*ſinghiozzare.*
Veneo, nii, venum,	*eſſer venduto.*
Venio, veni, ventum,	*venire.*
Vincio, inxi, vinctum,	*legare.*

DE VERBIS DERIVATIVIS.

VErba aut sunt Primitiva, aut Derivativa. Derivativa sunt: Inchoativa. Desiderativa. Frequentativa. Diminutiva. Imitativa.

1. Inchoativa, aut continuativa notant quandam inchoationem, & continuationem actûs: desinunt autem in *Sco*: & sunt tertiæ conjugationis. Si derivantur à verbis formantur à secundâ personâ singulari Præsentis indicativi: nisi quòd in verbis primæ quandoque A, abit in E. Tunc autem habere solent præterita Primitivorum: Si vero deriventur à nominibus, præteritis destituuntur; ut

Labo, as. Labesco: is. *cominciar a cadere, vacillare.*

Ingravo, as. Ingravesco, is, *cominciar a diventar più grave.*

Palleo, es. Pallesco, is, *cominciar a impallidirsi.*

Obdormio, obdormisco, is *cominciar a dormire.*

Tremo, is. Tremisco, is, *cominciar a tremare.*

Quæ à nominibus veniunt, ut

	Puero.	Repuerasco.
A	Nocte.	Noctesco.
	Lapide.	Lapidesco.

Multoties tamen derivata usurpantur pro primitivis; ut *Ardesco*, pro *Ardeo*; *Pallesco*, pro *Palleo*: quod dictum sit de cæteris quoque.

Desiderativa desinunt in *Rio*: significant autem quendam affectum, & desiderium. Formantur ferè à Supino, mutando *um* in *urio*, *u* brevi, ut, esurio, esuris, ab *esum*; & conjugantur per quartam; ut

Moriturio, uris, *desiderare di morire.*

Nu-

Nupturio, uris, *desiderare di maritarsi*.
Cœnaturio, uris, *desiderare di cenare*.

Formantur etiam à nomine, ut à Sylla, Syllaturio: ideſt, cupio imitari Syllam. *Quint. lib. 2. cap. 2.* Adoleſcenturire incipiunt. *Cic. ad Att. 9. ep. 12.* Ita ſyllaturit animus ejus.

3. Frequentativa ſignificant frequentationem, ac iterationem actûs; exeunt in *To*, *So*, *Xo*, *Co*: ut

Lego, lectito, as, *leggere*. } *spesso*.
Dico, dictito, as, *dire*. }
Pello, pulſo, as, *battere*. }
A Necto, nexo, as, *aggroppare*.
Fodio, fodico, as, *punzecchiare*.
Vello, vellico, as, *dar pizzicotti*.

Alia formantur à ſupinis; ut ab *basum*, *basito*, *as*.

Alia à ſecundâ perſonâ indicativi; ut *à quaris*, *quarito*, *as*.

Diminutiva deſinunt in *Lo*, & ſignificant imminutionem, ac iterationem actionis. ut ſorbillo, as, à ſorbeo; hauſtillo, as, ab haurio, *bevere a ſaggetti*. Conſcribillo, as, à ſcribo, *ſcrivacchiare*; ſunt autem primæ Conjugationis.

5. Imitativa notant imitationem, eaque formantur à nominibus; ut

Patre, Patriſſo, as. *Imitare il padre*.
A Græcis, Græcor, & Græciſſo. *Imitare i Greci*.
Vulpe, Vulpinor, aris. *Imitare la Volpe*.
Cothoniſmo, Cotoniſſo. *Imitare gl' imbriachi*.

DE PARTICIPIO CAP. IV.

PArticipium eſt pars orationis, participans naturam tum nominis, tum verbi; nominis, quia, cum ſit nomen adjectivum, habet

ca-

casus, & declinationes. Sic enim inflectitur; *hic, hac, hoc. laudans, tis, laudatus, ata, atum*: idem judicium de cæteris esto: Verbi, quia habet tempora, & ejus constructionem sequitur.

Participia exeunt in *Ns, Rus, Tus, Xus, Sus, Vus, Dus*.

In *Ns*, veniunt ferè semper ab omni genere verborum, præter quam à passivis, quæ fiunt ab activis, addito R: ut jubeor, &c.

Formantur autem ab imperfecto Indicativi mutatâ ultimâ syllabâ in *Ns*: ut, à laudabam, veniebam, sequebar, adoriebar; laudans, veniens: sequens, adoriens; atqui ab *ibam, iens, euntis*, & sic in compositis.

Carent hoc participio verba, quæ privantur tempore imperfecto indicativi, ut memini, cœpi, odi, novi: Ausonius tamen *Profess.* 2. dixit, *meminens*: odiens est ab odio, is.

Hoc participium tempus præsens, & imperfectum significat; rarò admodùm invenitur significare tempus præteritum, ut apud Plautum *Amph. act.* 4. 2 Dum Amphitruo modò ex hostibus *adveniens*, voluptatem capit: *hoc est*, postquàm advenerit. *Et interpres S. Luc. c.* 1. *de Zach.: Postulans* pugillarem scripsit; *idest*, cùm postulasset.

Participia in *Rus*, formantur à supino in *Um*: mutato *M* in *Rus*: ut à laudatum, laudaturus: à secutum, secuturus; ab amplexum, amplexurus; à ventum, venturus.

Veniunt ab omnibus verbis exceptis passivis formatis ab activis, & futurum tempus notant; & semper activè significant.

Morior, nascor, orior, pario, habent; moriturus; nasciturus, oriturus, pariturus.

Verba, quæ supinis privantur, non habent par-

participia in *Rus*, nec præteriti temporis in *Tus*, *&c.*

Participa in *Tus*, *Sus*, *Xus*, formantur itidem à supinis in *Um*: veniunt autem à verbis passivis, in *Or*, ut à laudor, laudatus; ab erudior, eruditus. Et à Communibus, ac Deponentibus, ut ab amplector, amplexus; ab imitor, imitatus; à gradior, gressus; à morior, mortuus. Item à gaudeo, gavisus; ab audeo, ausus; à prandeo, pransus; à soleo, solitus; à fido, fisus; à nubo, nupta.

Hujusmodi participia præteritum tempus notant; sed quæ à passivis veniunt, passionem significant: quæ verò ab aliis verbis, activam, vel neutram significationem habent; ut patet in Conjugationibus.

Participia in *Dus* formantur à Genitivo Participii in *Ns*, mutato *tis*, in *dus*, ut laudantis, laudandus; quærentis, quærendus: sequentis, sequendus; euntis, eundus.

Descendunt à passivis in *Or*, à deponentibus pariter, quæ Accusativum admittere possunt.

Habent passivam significationem; tempus verò futurum significant; quamvis sæpiùs necessitatem potiùs, debitum, ac officium, quàm futurum tempus, indicent: Quapropter plerumque, per Debet, Necesse est, & Oportet, explicantur.

Participia ferè significationem suorum verborum habent.

Participia cùm tempus, & structuram amittunt, abeunt in nomina; ut sciens, intelligens, sapiens, pœnitens, pudens, amans virtutis, patiens laboris. Nam justa verbi structura est: amans virtutem, & hujusmodi alia.

Ab antiquo Pœniteor, & Pigeor extant Pœnitendus, Pigendus.

Reperiuntur etiam isthæc participia. *Maro. 6. Æn.* Alba regnanda. *Tibul. lib. 1. eleg. 2.* Nox vigilanda. *Catul. ad Lesb. 5.* Nox dormienda. *Ovid. Heroid. epist. 1.* Vir carendus; quia hoc verbum invenitur cum Accusativo. *Horat. lib. 2. ep. 1.* Jurandas aras; & alia hujusmodi apud classicos.

Inveniuntur similiter participia præteriti temporis passivè declinata, sed activè significantia, quæ notanda potiùs, quam sine judicio, ac exemplo imitanda; velut *Ovid. 4. Fast.* Cessatis in arvis, hoc est, quæ cessaverunt. *Cœlius 4. Histor.* Custodibus discessis, *idest*, qui discesserunt. *Lucr. lib. 1.* Morte obitâ, *pro* morte, quam obiit. *Quadr. 1. Ann.* Sole occaso, *pro*, qui occidit. *Ovid. 3. Fast.* Erratis in agris, *pro* in agris, per quos erraverunt. *Cic. 16. ep. 21.* Nam cùm velles mihi omnia successa, *pro* successisse, vel succedere. *Maro. 6. Æn.* Vestigia titubata, *idest*, titubantia *Ovid. 3. Trist. el. 10.* Redundatas aquas, quæ redundaverunt; & hujus generis alia apud alios, è quibus multa melius est scire, quàm imitari. Etenim verba neutra in O (paucis suprà notatis, & Quartæ, ac Sextæ Regulæ exceptis) hujusmodi Participia in Tus, & Dus personalia non admittunt, cum non dicatur: *Il fanciullo diventato dotto conseguirà onori*, Puer evasus doctus honores consequetur; sed: Puer cùm evaserit doctus, vel, qui evasit doctus, &c. & sic de aliis.

DE ADVERBIO CAP. V.

Adverbium est pars orationis indeclinabilis, quæ adjungitur verbo, & aliis vocibus ad aliquam circumstantiam declarandam.

Adverbiorum varia sunt genera, ac significationes: alia enim locum significant, & in genera quinque dividuntur; siquidem.

Alia

Alia notant statum, velut:

Ubi, *dove*. Hîc, *quì*. Istic, *costà*, *in cotesto luogo*. Illic, *lì*, *là*, *in quel luogo*. Ibidem, Inibi, *in quel medesimo luogo*. Alibi, *altrove*. Ubique, *in ogni luogo*. Nullibi, *in nessuna parte*. Necubi, *acciò in nessun luogo*. Alicubi, *in qualche parte*. Ubivis, *dove vuoi*. Ubilibet, *dove piace*. Ubicumque, Ubiubi, *dovunque*. Usquam, *in alcun luogo*. Nusquam, *in nessun luogo*. Sicubi, *se in qualche luogo*. Utrobi, *in qual de' due luoghi*. Utrobique, *in ambedue i luoghi*. Neutrobi, *in nessun de' due luoghi*. Intus, *dentro*. Foris, *fuori*. Longè, *discosto*. Peregrè, *fuor del paese*, *in pellegrinaggio*.

Alia notant motum ad locum, ut:

Quò, *dove*. Quonam? *ove mai?* Huc, *quà*. Istuc, Istò, *costà*, *in cotesto luogo*. Illuc, Eò, Illo, *là*, *in quel luogo*, *colà*. Eodem, *nel medesimo luogo*. Aliò, *altrove*. Aliquò, *a qualche luogo*. Siquò, *se in qualche luogo*. Nequò, *acciò non in qualche luogo*. Quovis, *dove vuoi*. Quolibet, *ove piace*. Quocumque, *dovunque*. Utroque, *in ambedue luoghi*. Utrolibet, *a qual de' due luoghi piace*. Quopiam, Quoquam, *a qualche luogo*. Intrò, *dentro*. Foras, *fuori*. Longè, *discosto*. Peregrè, *lontano*. Utro? *a qual de' due luoghi?* Neutrò, *in nessun de' due luoghi*. Alterutrò, *all' uno*, *ò all' altro luogo*.

Alia locum versus, ut:

Quorsum? *verso dove? a che fine?* Quoquoversus, *verso qualunque luogo*. Quorsumlibet, Quorsumvis, *dove ti piace*, *ò vuoi*. Aliquorsum, *verso qualche parte*. Siquorsum, *se verso qualche luogo*. Horsum, *verso quà*. Istorsum, *verso costà*. Illorsum, *verso colà*. Aliorsum, *verso altrove*. Sursum, *in sù*. Deorsum, *in giù*, *verso giù*. Dextrorsum, *verso man destra*.

Lævorſum, Siniſtrorſum, *verſo man ſiniſtra*. Retrorſum, *indietro*. Introrſum, *in dentro*. Prorſum, *di ſotto*. Hucuſque, *ſino quà*, *ſino adeſſo*. Quouſque, vel uſquequò? *ſin dove*, *ſino a qual luogo?*

Alia motum per locum: ut

Quà, *per dove*, *per qual via*. Hac, *per quà*, *per queſta ſtrada*. Iſtac, *per coſtà*. Illac, Eà, *per là*, *di là*. Alià, *per altrove*. Eadem, *per il medeſimo luogo*. Aliquà, *per qualche luogo*. Siquà, *ſe per qualche ſtrada*. Quavis, *per dove vuoi*. Qualibet, *per dove ti piace*. Quacumque, *per dovunque*. Nequà, *acciò non per qualche luogo*.

Alia motum de loco: ut

Unde, *di dove*. Hinc, *di quì*. Illinc, *di lì*. Iſtinc, *di còſtì*. Inde, *di lì*. Aliunde, *d'altronde*. Undique, *d'ogni luogo*. Undevis, *di dove vuoi*. Undelibet, *di dove piace*. Undequaque, *da ogni luogo*. Utrinque, *d'ambedue i luoghi*. Cœlitùs, *dal Cielo*. Funditùs, *da'fondamenti*. Radicitùs, *dalle radici*. Supernè, *di ſopra*. Infernè, *di ſotto*. Undenam? *donde mai?* Indidem, *di là medeſimo*. Neutrinque, *da neſſun de' due luoghi*. Alterutrinque, *ò dall' uno*, *ò dall' altro luogo*. Altrinſecùs, *dall' altra parte*. Eminùs, *da lontano*. Cominùs, *da vicino*.

Alia ſignificant tempus: ut

Hodie, *oggi*. Cras, *domani*. Perendie, *poſdomani*. Nudiuſtertius, *l' altro jeri*. Nudiusquartus, *quattro giorni ſono*. Olim, Quondam, Pridem, *già una volta*. Quotannis, *ogni anno*. Quotidie, Quotidiebus, *ogni giorno*. Quotmenſibus, *ogni meſe*. Mox, *quanto prima*, *adeſſo adeſſo*, *dopo*. Ab hinc, *da queſto tempo indietro*. Opportunè, Maturè, *a buon' ora*. Nuper, *poco fa*.

Alia

Alia numerum, aut cardiualem:

Semel, *una volta sola*. Bis, *due volte*. Ter, Quater, Quinquies, Sexies, Septies, Octies, Novies, Decies, *dieci volte*. Undecies, Duodecies, Tredecies, Quatuordecies, Quindecies, Sexdecies, vel sedecies, Septendecies, vel septies decies, Octies decies, Novies decies, Vicies, *venti volte*. Vicies semel, *ventuna volta*. Vicies bis, &c. Tricies, *trenta volte*. Quadrigies, Quinquagies, vel quinquagesies, Sexagies, Septuagies, Octogies, Nonagies, Centies, *cento volte*. Centies semel, *centuna volta*, *&c.* Ducenties, Trecenties, Quadringenties, vel quadragenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Nongenties, & Millies, *mille volte*. Bis millies, *due mila volte*. Ter millies, &c. Decies centies millies, *un millione di volte*. Vicies centies millies, *due millioni di volte*.

Aut ordinalem:

Primùm, vel primò, *la prima volta*. Secundùm, vel iterùm, *la seconda volta*. Tertiùm, vel tertiò, *la terza volta*. Quartum, vel quartò, *la quarta volta*, *&c.*

Vel distributivum:

Sigillatim, vel singillatim, singulatim, *a uno a uno*, *a uno per volta*. Ostiatim, *porta per porta*. Vicatim, *a villaggio per villaggio*. Guttatim, *a goccia a goccia*. Gregatim, *a greggia a greggia*, *in truppa*. Turmatim, *a truppa a truppa*. Viritim, *a uomo per uomo*, *&c.*

Alia numerum indeterminatum:

Quoties, *quante volte*. Sæpiusculè, *alquanto spesso*. Multifariam, *in più maniere*. Bifariam, *in due modi*. Dupliciter, *in due maniere*, *&c.*

Alia negationem.

Non, haud, neutiquam, minimè, nequaquam, *nò*, *in nessun modo*.

Alia affirmationem.

Ita, sic, *così*. Etiam, maximè, *sì*, *signor sì*.

Alia similitudinem.

Sicut, sicuti, uti, quemadmodum, *siccome*. Perinde ac, æquè ac, *non altrimenti che*.

Alia quantitatem.

Magis, *più*. Minùs, *meno*. Parùm, Modicùm, *poco*.

Alia qualitatem.

Pulchrè, viriliter, strenuè, meatim, *a mio modo*. Tuatim, *a tuo modo*. Canatim, *da cane*. Strictim, punctim, afflictim, studiosè, oscitanter, *con pigrizia*.

Alia mostrant, ut: Ecce, *ecco*.

Alia dubitant, ut: Fortè, fortassis, fortasse, forsitan.

Alia jurant, ut: Pol, Ædepol, *per il Tempio di Polluce*. Æcastor, *di Castore*. Mehercule, Medius Fidius, *per Ercole*.

Alia separant: ut separatim, singulatim, seorsum.

Alia interrogant, ut: nunquid? num? cur? *perchè?* An? *se?*

Alia prohibent, ut: ne, nequaquam.

Alia desiderant, ut: utinam, *Dio voglia, che*. O si, *ò se*.

Et alia aliud significant.

Aliqua adverbia variantur, per gradus: ut sanctè, sanctiùs, sanctissimè; sæpè, sæpiùs, sæpissimè; eleganter, elegantiùs, elegantissimè; diù, diutiùs, diutissimè; propè, propius, proximè.

Carent gradu positivo.

Magis, Maximè; Ocyùs, *velocemente*, Ocyssimè. Ca-

Carent comparativo.

Nuper, *di nuovo, poco fa*. Nuperrimè. Penè, *quasi*, Penissimè.

Carent superlativo.

Satis, satius, *a bastanza*. Secùs, seciùs, *altrimenti*.

Anomala sunt.

Benè, Meliùs, Optimè; Malè, Pejus, Pessimè; Parùm, Minùs, Minimè, Minimùm; Multùm, Plùs, Plurimùm.

DE PRÆPOSITIONE CAP. VI.

PRæpositio, quæ a Varrone Præverbium dicitur, est pars orationis indeclinabilis, quæ nomini, aut verbo ferè præponitur ad notandam causam, tempus, locum, & quid aliud.

Præpositionum aliæ sunt separabiles, aliæ verò inseparabiles. Separabiles habent locum in Oratione conjunctim, aut separatim: Conjunctim, ut, cùm cæteris partibus conjunguntur, velut adduco, abduco, conduco, *con* idest *cum*, educo, deduco, &c.

Separatim casibus inserviunt, Accusativo, & Ablativo.

SErviunt Accusativo, Ad, *a*, *al*, *appresso*. ad ebrietatem bibit, *bevè sino all'ubriachezza*.

Adversus, Adversum, *contra*, *contro*, *verso*.

Apud, *appresso*, *vicino*. apud mœnia, *presso alle mura*.

Ante, *avanti*. ante lucem, *prima che sia giorno*.

Circa, circùm, circiter, *intorno poco più, ò meno*.

Cis, citra, *di quà*, *senza*. Citra invidiam, *senza invidia*.

Contra, *contro*, *dirimpetto*. contra domum.

Erga, *verso*, si de persona agatur; ut erga amicos.

Extra, *fuori*. extra provinciam, *fuori della provincia*.

 In-

Infra, *di sotto*. etiam infra mortuos, *anche sotto i morti*.

Inter, Intra, *tra, fra, in mezzo, dentro, di quà*.

Juxta, *appresso, secondo, conforme*.

Ob, *per causa, avanti*. ob oculos, *sù gli occhi*.

Penes, *appresso, in potere*. Imperium penes Principem, *il Principe comanda*.

Per, *per mezzo*. Per amicos assequar, *otterrò per mezzo d'amici*. Per me didici legere, *da per me stesso ho imparato a leggere*. Per potestatem eripuisti, *di potenza assoluta*. Per speciem amicitiæ, *sotto colore, ò pretesto d'amicitia*. Per jocum, *da burla*. Per insidias, *a tradimento*. per me vivat, *quanto a me, viva*.

Post, *dopo*. Post hominum memoriam, *da che il mondo è mondo*. Post diem quartum quàm, *quattro giorni dopo che*.

Præter, *eccetto, fuorchè, oltre*. præter voluntatem meam, *senza il mio volere*. Præter oram maris, *lungo la marina*. Præter cæteros laboras, *affatichi sopra tutti, più di tutti gli altri*.

Propè, *appresso, vicino*. Ponè, *appresso, dopo*.

Propter, *per causa, appresso*. Propter te sedemus, *ti sediamo appresso*.

Secundùm, *secondo, dopo, oltre*. Secundùm Deum te diligo, *ti amo dopo Dio*. Secundùm litus maris, *oltre, lungo la spiaggia del mare*.

Secùs, *appresso, vicino*. Secus decursus aquarum, *appresso la corrente*.

Supra, *di sopra, innanzi*; supra modum, *fuor di misura*.

Trans, ultra, *di là*; ultra flumen, *di là dal fiume*.

Versus, *verso qualche luogo*. Romam versus.

Has præpositiones memoriæ gratiâ his carminibus complectimur.

Ad, penes, ante, citra, præter, prope, propter, ob erga.
Contra, apud, adversum, adversus, cis, circiter, ultra.
Trans, juxta, circùm, circa, per, ponè, secundùm.
Post, versus, supra, extra, infra, secùs, inter, & intra.
Accusativum gaudent sibi jungere casum.

Ablativo serviunt, A, Ab, abs, *da*, *di*. A præponitur consonantibus, ut: à Cæsare, à magistro. Ab vero vocalibus, ut: ab Antonio, ab illo: non raró etiam consonantibus, præcipuè sequentibus, j, d, n, r, ut: ab Jove, ab Ducibus, ab nostris, ab Romulo. Abs præponi solet T, & Q, ut abs te, abs quolibet.

Absque sine: *senza*. Absque, est usitatius apud Comicos, quàm apud Oratores.

Clam, *di nascosto*, hæc raró, accusativum regit.

Coram, *alla presenza*. coram Judice, *avanti al Giudice*.

Cum, *con, in compagnia, insieme*. Nobiscum, *con noi*.

De, è, ex, *dà, de, di*. De bello differunt. *intorno, sopra circa la guerra*.

Palam, *alla presenza, in faccia, alla scoperta*.

Præ, *avanti, per rispetto, in comparazione, più*. præ illo sum dives, *son ricco più di lui*. Præ se sapientem neminem putat, *rispetto a se non istima nessuno savio*.

Pro, *per, in favore, in cambio, in vece, secondo*. sedent pro ostio domus, *seggono avanti la porta*: ero tibi pro fratre, *ti sarò in luogo di fratello*; pro vestrâ sapientiâ judicate, *giudicate secondo il vostro sapere*, pro se quisque, *ognuno per*

la

la sua parte. Pro eo, quod tibi debeo, nihil, *niente, in comparazione di quel che ti devo*. Pro eo quanti me facis, *per quanto mi stimi*.

Tenus, *infino, insino*, postponitur suo casui: regit autem Ablativum singularem duntaxat, ut, ore tenus. Si numerus sit pluralis, tum Genitivo, tum Ablativo copulatur. *Quintil.l.*12. Aurium tenus. *Ovid.* 5. *Met.* Pectoribusque tenus.

Accusativum, aut Ablativum pro variâ significatione exigunt In, *nel, in*, sub, *sotto, intorno, dopo*: subter, *sotto*: super, *sopra, di là, oltre, d' intorno*.

Quæ item præpositiones, ut consulatur memoriæ, versibus comprehenduntur.

A, vel ab., abs, coram, cum, præ, sine, & absque, palamque;
Et pro, clamque dabis sexto, ex, è, deque tenusque.
Sub, super, in, subter, quartum, sextumve reposcunt.

OBSERVATIO.

Præpositiones amissione casus fiunt Adverbia. *Ovid. Trist.* 1. *el.* 1. Clam tamen intrato. *Virg. ecl.* 1. Ante leves ergo pascentur in æthere cervi.

Inseparabiles sunt *Dis*, vel *Di*: ut disrumpo, distædet, distraho, diripio *Re*, ut reduco, reporto. *Se*, ut separo, semoveo. *Am*, ut ambigo, amputo. *Ve*, ut vesanus, *pazzo*. vecors, *sciocco*. vegrandis, *picciolo*.

Assignificant autem *Dis*, vel *Di*, in compositione quãdam vim separationis in partes; *Se* verò ferè disjunctionem, & remotionem ab aliquo; *Re* iteratum verbi actum; *Am* circum; *Ve* negationem dictionis, cum qua conjungitur.

DE

DE INTERJECTIONE. CAP. VII.

INterjectio est pars orationis indeclinabilis, affectum mentis significans.

Ejus significationes variæ sunt.

Doloris, hei, *oime*, heu, eheu, ah.

Risus, ha, ha, he. Fastidii, phy, *oibò*. *Ter. Adel.* 3. 4.

Irrisionis, hui; vah. Clamoris, o.

Admirationis, papæ, o hui. Minarum, væ, *Ter. Eun.* 2. 1. & 22. *guai*.

Indignationis, hem, proh. Gaudii, evax, io, euge.

Silentii, st, au, *zitti*. Ploratûs, hei, hoi.

Vocationis, heus, *olà*, ehodum. Timoris, at at.

DE CONJUNCTIONE CAP. VIII.

COnjunctio est pars orationis indeclinabilis, sententiam conjungens.

Varia est Conjunctionum significatio.

Copulativæ sunt, &, que, ac, atque, etiam, quoque, *ancora*, cum, tum, *e*, *et*, *ancora*.

Et Copulativæ dicuntur, quia copulant, & sensum, & verba. *Pers. sat.* 5. *Mille hominum species*, *& rerum discolor usus*.

Disjunctivæ sunt, quæ verba conjungunt, sed disjungunt sensum: ut, vel, aut, vel, seu, sive, *ovvero*. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *Nec tua laudabis studia*, *aut aliena reprebendes*.

Concessivæ sunt, quæ aliquid concedunt, cui posterior sententia videatur adversari: ut, etsi, etiamsi, quamquam, quamvis, licet.

Adversativæ, quæ diversam sententiam superiori subiiciunt: ut, sed, at, ast, verùm, verò, porrò, atqui, tamen, &c. *Mart. lib.* 1. *epig.* 16. *Gaudia non remeant*, *sed fugitiva volant*.

Causales, quæ causam reddunt superioris sententiæ: ut, nam, namque, etenim, quippe, quia, quoniam, quando, quandoquidem, siquidem, *perchè*, cum, *conciossiachè*. *Hor. l. 1. ep. 12. Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus*.

Illativæ, seu Ratiocinativæ sunt, quæ ex ratione propositâ conclusionem inferunt: ut, ergo, igitur, *dunque*; idcircò, proindè, *perciò*, quocirca, quapropter, quamobrem, *per la qual cosa*.

Igitur, *dunque*, idcirco, proinde, *perciò*, quocirca, quapropter, quamobrem, *per la qual cosa*.

Conditionales sunt, quæ sententiam conditione quadam determinant, ut, si, *se*. sin, *ma se*. ni, nisi, *se non*. modò, dummodò, dum, *purchè*.

Expletivæ, quidem, verò, autem.

Finem significant, ut, quo, *acciocchè*. ne, quominus, *acciocchè non*.

Postpositivæ, autem, enim, quoque, vero, quidem, que, ve, & ne, cum interrogationi servit, ut: est ne ille?

Conjunctiones, licèt copulativæ sint, non semper similes modos, ac tempora jungunt. *Teren. Hec.* 4. 2. Et me hac suspicione exsolvam, & illis morem gessero. *Tul. Att. lib.* 1. Confidebam, & mihi persuaseram.



DE

DE SYNTAXI
SEU CONSTRUCTIONE
LINGUÆ LATINÆ
LIBER TERTIUS

Pro Primâ Scolâ Grammaticæ.

DE CONCORDIA PARTIUM ORATIONIS DECLINABILIUM.

CAP. I.

Concordia Partium orationis declinabilium triplex eſt. Nominativi cum Verbo. Adjectivi cum Subſtantivo. Relativi cum Antecedente.

De Concordiâ Nominativi cum verbo.

Reg. I. P.T.C.

NOminativus apertè, vel occultè convenit cum verbo in perſonâ, & numero.

Apertè convenit, quando Nominativus cum verbo exprimitur: ut; Ego amo. Tu legis. Magiſter docet. Nos videmus, Vos laudatis. Diſcipuli proficiunt.

Occultè, quando Nominativus non exprimitur, ſed ex ipſo verbo conicitur. Ut Amo, ideſt, Ego. Legi, ideſt, Tu. Judicatis, ideſt, Vos. *Virg.* 1. *Æn.* Remo cum Fratre Quirinus jura dabunt, hoc eſt; *duo homines*. Quirinus cum Fratre Remo.

OB-

OBSERVATIO I. P. S. C.

In verbis Impersonalibus: *Ningit*, *Tonat*, *Pluit*, *Lucescit*, *Fulgurat*, & hujusmodi, intelligitur *Deus*, *Cœlum*, *Aer*, *Pluvia*, *Nix*, *Lux* aut similes Nominativi, Quin etiam nonnunquam Nominativus additur. *Tibull.* Multus, & in terram deplueretque lapis.

In *Curritur*, *luditur*, *itur*, & similibus Impersonalibus passivæ vocis, intelligitur *Cursus*, *Ludus*, *Itio*, *Via*: nam dicimus: Ludere ludum, currere cursum, ire viam, &c.

In *Pugnatum est*, *Pugnatum fuerat*, & similibus, subauditur *Pugnare*, quod idem est, ac *pugna*, & ita in cæteris, ut optimi Auctores tradiderunt.

In *Pudet*, *Pœnitet*, *Piget*, *Miserescit*, *Tædet*, *&c.* Genitivus est loco Nominativi; nisi tamen intelligantur, *Pudor*, *Pœnitentia*, *Pigritia*, *Misericordia*, *&c.*

OBSERVATIO II.

Interdum in verbo est utrinque Nominativus, ad eandem rem spectans; & tunc Verbum adhæret substantivo principali. Ut, hic homo vocatur Cæsar. Iste puer evadet vir doctus. *Lucan. lib.* 3. Omnia Cæsar erat. *Ovid.* 1. *Met.* Omnia pontus erant.

Potest etiam adhærere minus principali. *Ovid. lib.* 3. *de arte*. Vestes, quas geritis, sordida lana *fuit*, pro *fuerunt. Teren. Phor.* 1. 2. Paupertas mihi onus *visum est*, miserum, & grave: pro *visa est*.

OBSERVATIO III.

Loco nominativi verbum interdum habet modum infinitivum, vel orationis partem. *Cic.* 2. *de Orat. Bene dicere* non habet definitam regionem. *Id. ad Her. Superare* pulcherrimum est. *Plin. lib.* 1. *epist.* 13. Juvat me, *quod vigent studia*.

De

De Concordia Adjectivi cum Substantivo.
Reg. II. P. T. C.

NOmen Adjectivum, Pronomen, ac Participium conveniunt cum Substantivo in Genere, Numero, & Casu, ut: Ars longa, vita brevis, sensus difficilis, experimentum fallax. *Ad Her.* 4. Hoc, & illud sanctissimum nomen. *Cic. At.* 4. 3. Fracta vis, contemptus furor.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Quando plura sunt substantiva, habetur ratio nobilioris generis, cum quo adjectivum cohæreat. Masculinum autem Fœminino, ac Neutro nobilius est; Fœmininum Neutro. Idcircò dicas: Pater, & Mater mihi mortui sunt. Ovis, & jumentum repertæ. Soror, & mancipium salvæ. *Lucan. lib.* 1. Leges, & plebis scita coactæ. *Ovid.* 4. *Fast.* Ilia cum Lauso de Numitore sati: *Hoc est*, illi duo; Ilia, & Lausus, sive cum Lauso.

Nonnunquam Adjectivum adhæret substantivo viciniori. *Teren. Eun. act.* 3. 3. Locus, & tempus constitutum est. Sed sic suppleas: Locus constitutus est, & Tempus constitutum est. *Virg.* 1. *Æn.* Sociis, & Rege recepto, *idest*, sociis receptis, & Rege recepto. *Livius Dec.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. Atellæ murum, & portam de cœlo tactam.

Imò pluribus Substantivis cujusvis generis subiicitur interdum Neutrum plurale. *Tac.* 5. *Ann.* Parentes, liberos, & fratres *vilia* habuere: *hoc est*, habuere vilia tria hæc: Parentes, liberos, & fratres; & ita in similibus.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Perrarò genus petitur è superlativorum, & partitivorum genitivo. *Plin. c.* 8. *lib.* 9. *Velocissimum* omnium animalium est Delphinus. Intellige ibi *animal*; ac si dicat. Delphinus est ani-

animal velocissimum omnium animalium. Nam longè usitatior constructio est, si cum substantivo concordet *Plin. c. 7. lib. 8.* Hordeum frugum omnium mollissimum est. *Id. cap. 33. lib. 8.* Chamæleon solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quam aeris, alimento.

OBSERVATIO III.

Non modò Adjectivum, & Substantivum consentiunt, sed etiam plura substantiva, quæ referantur ad idem, conveniunt numero, & casu, & dici solent casus appositorii *Cic. 1. de Div.* Appius collega tuus, Augur, Censor. *Id. 2. in Ver.* Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, incensa est. *Sic dices*: Urbs Roma. Insula Cyprus. Provincia Asia, & Syria, *la Provincia dell' Asia, e della Siria.* Mensis Majus, *il Mese di Maggio.*

De Concordiâ Relativi cum Antecedente.

Reg. III. P. T. C.

Relativum Qui, quæ, quod, convenit cum antecedente substantivo in genere, ac numero. Ut Dominus, qui; Templum, cujus; Homines, quibus, &c. *Cic. in Top. 9.* Ducuntur etiam argumenta ex iis *rebus*, *quæ* quodammodo affectæ sunt ad *id*, de *quo* quæritur. *Id. ep.* Accepi tuas *literas*, *quæ* mihi jucundissimæ fuerunt.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Cùm relativum est inter duo substantiva diversi generis, cùm præcedente, aut cum sequente concordat. *Plin. lib. 18. Sidere illo, quod* Caniculam appellamus. *Cic. de som. Scip.* Cœtus hominum jure sociati, *quæ civitates* appellantur.

OBSERVATIO II.

Interdum Relativum plurale refert substantiva alius Generis, si ponatur genere Neutro.

Cic.

Cic. l. 4. ep. 7. Non enim pugnabamus consilio, auctoritate causâ, *quæ* erant in nobis *superiora*. *Id. 3. Att. ep. 20.* Quæ vita esset, quæ suavitas, quæ dignitas, *ad quæ recuperanda* per fortunas incumbe: Hoc est, *ad quæ negotia*, seu ad quas res recuperandas.

OBSERVATIO III. P. P. C.

Aliquando Antecedens ponitur eodem casu, quo relativum, si hoc illi præponatur. *Ter. And. Prol.* Populo ut placerent, *quas* fecisset, *fabulas*: idest: placerent fabulæ, quas fabulas fecisset. *Ovid. Pont. l. 4. el. 2.* Quas alias gentes barbarus Ister habet. Sic etiam: quas misisti literas, mihi placuerunt. At, quod non est facilè imitandum, dixit. *Virg. 1. Æn.* Urbem, quam statuo, vestra est.

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS

CAP. II.

NOmen varios post se sortitur casus, prout ratio significationis postulat.

De Genitivi Casus Regimine. Reg. I. P. T. C.

GEnitivus regitur à Nomine Substantivo expresso, vel tacito, quod sit rei diversę ab ipso Genitivo. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Fontium perennitates, riparum vestitus, speluncarum amplitudines, saxorum asperitates, montium altitudines, immensitates camporum. *Hor. 3. Od. 24.* Dos est magna parentium virtus.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Regunt post se Genitivum nomina adjectiva pro substantivis posita, ut Necessarius, Domesticus, intimus, pro Homine amico: Adversarius pro inimico: Propinquus, pro sanguine conjuncto, & id genus cætera. *Cic. 14. Philip.* Eorum propinqui. *Tac. 13. Ann.* Pisonis intimus. *Cic. pro Mil.* Tribuni illius adversarii, defensores mei.

OBSERVATIO II. P.P.C.

Huc repone Nomina adjectiva, & Pronomina substantivè neutro genere usurpata, Multum, plus, plurimum, tantum, quantum, minus, dimidium, tantumdem, tantulum, aliquantum, paululum, parum, non autem *parvum*.

Pronomina, hoc, id, idem, illud, quid. Sed *Plus* & *Quid* singulari numero semper substantivè ponuntur.

Sed hæc omnia, quæ habent post se genitivum, inveniuntur dumtaxat in Nom. & Accus. *Curt.* 5. Tantumdem itineris, *altrettanto viaggio. Hor. ep.* 2. Dimidium facti, qui cœpit, habet. *Chi ben comincia, ha la metà dell' Opera. Cic. ad Att.* 11. *ep.* 1. Hoc literularum exaravi ante lucem. *Ho scritto questa letteruccia. Teren. Eun.* 3.4. Quid hoc hominis est? quid illud mali? *Che uomo è questo? che male è questo? Cic.* 1. *de leg. Agr.* Plus virium, Plurali numero dicitur: *plures vires, plures homines, &c.*

Præterea apud Historicos, & Poetas cum genitivo usurpantur hæc, & similia Adjectiva pluralia. Clausa Domorum. *Case chiuse*. Angusta viarum. *Strade strette*. Subita rerum. Vana rumorum. Inania honoris, & alia hujusmodi notæ: pro *Domus clausa, via angusta, &c. Curt.* 6. Edita Montium. *Monti alti. Horat.* 1. *sat. ult.* Incerta casuum. *disgrazie incerte.*

De aliorum Adjectivorum Genitivo.

Reg. II. P. T. C.

COpulantur Genitivo multa Adjectiva, quæ ad scientiam, aut ignorantiam pertinent, ad copiam, & inopiam, ad memoriam, participationem, ac privationem; & præterea quæ Animi affectum significant, ut cupiditatem, metum & curam. *Cic. de Clar. Orat.* Antiquitatis benè peritus. *Id. pro Corn.* Non rudis exem-

xem-

xemplorum. *Saluſt. in Catil.* Liberalis pecuniæ. *Cic. 1. ep. 7.* Memor virtutis. *Id. 10. ep. 12.* Participes voluptatis *Tac. 5. Ann.* Noxius conjurationis. *Cic. pro leg. Manil.* Avidus laudis. *Suet. in Caſ. 24.* Domitius Conſulatûs candidatus, *pretendente del Conſolato.*

Adjectiva pertinentia.

Ad Scientiam.	*Ad Ignorantiam.*
Callidus, *accorto, ſealtrito.*	Ambiguus, *ambiguo, dubbioſo.*
	Dubius, *incerto.*
Certus, *certo.*	Ignarus, Imperitus, *ignorante.*
Certior, Cōſcius, *conſapevole.*	Imprudens, *imprudente.*
Divinus, *indovino.*	Incautus, *incauto, non avveduto.*
Doctus, *dotto, ſaputo.*	Incertus, *incerto.*
Docilis, *docile.*	Indocilis, *indocile.*
Gnarus, *dotto, ſaputo.*	Indoctus, *ignorante.*
Peritus, *perito.*	
Præſcius, *chi ſa avanti.*	Inſcius, Neſcius, *ineſperto.*
Prudens, *prudente, ſaggio.*	
Sagax, Solers, *ſagace, accorto.*	Rudis, *rozzo.*

Hæc aliquando pro Genitivo habent Ablativum cum *de*. *Cic. ad Att. lib. 2. 14.* Conſcius his de rebus. *Tac. 1. Hiſt.* De cæde ignarus. *Cic. ad Att. lib. 10. 3.* De his rebus certior.

Adjectiva.

Copia,	*&* *Inopia.*
Benignus, *benigno.*	Avarus, *avaro.*
Largus, Liberalis, *liberale.*	Parcus, *che riſparmia.*
	Sterilis, *ſterile.*

Pro-

Prodigus,) | Pauper,) povero.
Effusus,) prodigo, scia- Egenus,) bisognoso.
Asotus,) lacquatore. Indigus)
Fertilis, fertile.

Adjectiva Memoriæ:

Memor, *ricordevole.* Immemor, *scordevole.*
Providus, *provido.* Improvidus, *improvido.*

Adjectiva.

Participationis, ac Privationis.

Compos, *capace.* Impos, *incapace.*
Consors,) *complice.* Exors,) *innocente, &c.*
Noxius,) Insons,)

Adjectiva, quæ Animi affectum significant.

Cupiditatem. *Metum.*

Anxius, *ansioso.* Formidosus,
Avidus,) *bramoso.* Pavidus,) *pauroso.*
Cupidus,) *desideroso.* Timidus,) *timoroso.*
Studiosus, *affezionato.* Trepidus,

Curam. *Insuper multa in ax.*

Curiosus, *curioso.* Capax, *capace.*
Incuriosus, *trascurato.* Ferax, *abbondante. fer-*
Fastidiosus, *chi ha in fa-* Fugax, *fugace.* (*tile.*
stidio, fa. Pertinax, *pertinace.*
stidioso.
Invidus, *invidioso.* Tenax, *ostinato.*

OBSERVATIO P. P. C.

Præterea alia adjectiva reperiuntur cum Genitivo. *Col. R. R. lib.* 3. *c.* 10. Surdus Veritatis. *Virg.* 4. *Æn.* Nuncia veri fama. *Lucan.* 6. Libera Legum Roma. Plautus tamen dixit *Tri-*

Trinum 4. 5. Libera à legibus, quod est usitatius. *Tac.* 1. *An.* Invictus laboris. *Id.* 2. Uxore manifestâ delicti. *Id.* 3. Impiger militiæ. *Ap.* 2. *Metam.* Fatigationis saucio. *Tac.* 4. *Hist.* Præclarus fidei, modicus dignationis. *Horat. l.* 1. *od.* 22. Integer vitæ, scelerisque purus. Et id genus alia magis Poetis, ac Historicis, quàm cæteris Scriptoribus, propria.

De Adjectivis cum Dativo. Regula III.
P. T. C.

MUlta Adjectiva adhærent Dativo. *Cic.* 2. *Off.* Tolerabilis Reipublicæ, Plebi necessarius, Civibus salutaris. *Id.* 2. *Tusc.* Labores graves militi. *Et* 3. *Tusc.* Socrati supplex.

Ita construuntur: Concolor, *Simile di colore.* Concors, Consonus, *concordante.* Conterminus, confinis, *confinante, vicino.* Invisus, *odioso.* Offensus, *sdegnato. Suet. in Jul. Cæs. cap.* 19. Pompejus offensus Patribus, *Pompeo sdegnato con i Senatori.* Et plurima alia.

OBSERVATIO P. S. C.

Juguntur Dativo, aut Genitivo:

Absimilis,	*dissomigliante.*	Æqualis,	*uguale.*
Affinis,	*congiunto.*	Fidus,	*fedele.*
Assimilis,	*simile.*	Par,	*uguale.*
Communis,	*comune.*	Præcipuus,	*particolare.*
Consimilis,	*simile.*	Proprius,	*proprio.*
Contrarius,	*contrario.*	Similis	*simile.*
Dispar,	*differente.*	Superstes,	*sopravvivente*
Dissimilis,	*dissomigliãte.*	Vicinus,	*vicino.*

De Adjectivo cum Dativo, aut Accusativo cum ad, *vel* in. *Reg IV. P. T. C.*

ALia Adjectiva habent Dativum, aut Accusativum cum *ad*, vel *in*: præsertim si finem significant. Hujusmodi sunt.

Ac-

Accommodus, *utile*.	Intentus, *intento*.
Appositus, *comodo*.	Natus, *nato*.
Aptus, *atto*.	Opportunus, *opportuno, a tempo*.
Bonus, *buono*.	Proclivis,
Commodus, *comodo*.	Propensus } *inclinato*.
Eximius, *eccellente*.	Pronus,
Expeditus, *spedito*.	Promptus, *pronto*.
Habilis, *pronto*.	Utilis, *utile*.
Idoneus, *atto, a proposito*.	

Tac. 4. *Ann.* Promptus libertati, aut ad mortem Animus. *Plin. l.* 8. 44. Animal in labores eximium. *Cic. de Provin.* Natio nata servituti, *nata per servire*. *Id. pro Sex. Rosc.* Vir ad dignitatem, & gloriam natus. *Ov.* 3. *Trist. el.* 2. In otia natus.

OBSERVATIO P. S. C.

Multa quoque Adjectiva reperiuntur cum Accusativo, additâ præpositione *ad*, aut *in*, quia finem significant. *Cic.* 3. *de Rep.* Animus anxius ad molestias, humilis ad timorem, mollis ad laborem. *Id. pro Font.* Ad labores belli impiger, ad pericula fortis, ad disciplinam peritus, ad consilia prudens. *Plin.* 2. 82. Obnoxius ad tales casus, *sottoposto a patire tali disgrazie*. *Ovid.* 8. *Met.* Ad præcepta capax, *capace per imparare i precetti*. Et alia.

De Adjectivis cum Genitivo, vel Ablativo.

Reg. V. P. T. C.

GEnitivo junguntur, aut etiam Ablat. multa adjectiva copiam, vel inopiam significantia. *Cic. de Amic.* Inops Amicorum. Inops verbis. *Ovid. ep.* 13. Res plena timoris. *Cic. pro Sext.* Voluptatibus plenus. *Ter. Heaut.* 1. 1. Tempus vacuum laboris. *Cic.* 2. *de Div.* Negotiis vacuum. *Tac.* 1. *Ann.* Provincia fœcunda anno-

annonæ. *Plaut. Cist.* 1. 1. Amor, & felle, & melle est fœcundissimus. *Sil.* Macte virtutis. *Virg.* 9. *Æn.* Macte novâ virtute puer. *Oh fanciullo accresciuto di nuova virtù.*

Captus, Cassus,	*privo.*	Macte,	*Voc. accresciuto.*
		Nudus,	*nudo,*
Dives,	*ricco.*	Onustus,	*carico.*
Extorris,	*scacciato.*	Opulentus,	*ricco.*
Expers,	*senza.*	Orbus,	*privo, cieco.*
Fœcundus,	*fecondo.*	Plenus,	*pieno.*
Jejunus,	*digiuno.*	Refertus,	*colmo.*
Immunis,	*esente.*	Satur,	*satollo.*
Inanis,	*voto.*	Vacuus,	*voto.*
Inops,	*povero.*	Viduus,	*vedovo, privo.*

Contentus, Fretus, *confidato.* Præditus, *dotato*: Ablativo gaudent.

Dignus, & Indignus sæpè Ablativo, rarò Genitivo sociantur.

OBSERVATIO P. P. C.

Nonnulla ex superioribus Adjectivis, & alia addunt Ablativo præpositionem a, vel ab. *Cic. pro domo sua.* Inops ab amicis; nuda Respublica à Magistratibus. *Pro. Flac.* Orba ab Optimatibus concio. *ad Att.* 5. 18. Copiosus à frumento exercitus. *Id.* 7. 15. Imparatus à Militibus, *sprovvisto di Soldatesca. De clar. Orat.* A doctrinâ instructus.

De Adjectivis cum Ablativo, addita præpositione A, vel, Ab. Reg. *VI. P. T. C.*

ADjectiva diversitatem, & quamdam separationem significantia, admittunt Ablativum cum *a*, vel *ab*. *Cic. de clar. Or.* Hæc à ratione diversa sunt. *Id. 6. Verr.* Fugitivi à Dominis. *Pro Plan.* Incolumis à calamitate. *Pro Leg. Man.* Provincia libera à Prædonibus. *Salust. ex* 1. *frag. hist.* Quieta à bellis Civitas.

Ab-

Absonus,	*discordante.*	Liber,	*libero.*
Alienus,	*alieno.*	Otiosus,	*ozioso.*
Alius,	*diverso.*	Profugus,	*fuggitivo.*
Aversus,	*contrario.*	Quietus,	*quieto.*
Diversus,	*diverso.*	Salvus,	*salvo.*
Exul,	*bandito.*	Securus,	*sicuro.*
Fugitivus,	*fuggiasco.*	Sospes,	*sano, e salvo.*
Incolumis,	*sano, e salvo.*	Tutus,	*sicuro.*

OBSERVATIO P. P. C.

Quædam ex dictis variam structuram sortiuntur. Nam dicitur: Alienus ab Illo, Illo, Illi, Illius. Diversus illi, & illius. Securus ab hac, & de hac re, & hujus rei. Liber & immunis ab hac, hac re, hujus rei. Absonus, & Aversus ab illo, & illi, &c.

De Partitivis cum Genit. vel Ablat. Reg. VI.

Partitiva sunt, quæ significant partem alicujus quantitatis, aut numeri majoris, ut Quis, quivis, quisquam, quisque, quidam, quilibet, aliquis, alter, alteruter, alius, solus, nullus, ullus, neuter, uterque, quicunque, unusquisque, &c.

Partitiva amant Genitivum, vel Ablativum cum præpositione, è, ex vel de. *Cic. in Orat.* Quis omnium? *Id.* 3. *de leg.* Aliquis de tribus nobis. *Id. ad Att.* 7.1. Neuter illorum. *Tac.* 14. *Ann.* Ex duobus Castellis alterum captum est.

OBSERVATIO I. P. S. C.

His adduntur quæcumque Adjectiva significantia numerum minorem alicujus majoris. *Caes.* 1. *B. C.* Pauci de nostri cadunt. *Sol. in Jug.* Cretenses soli omnium liberi. *Id. Jug.* Ne medius ex tribus Jugurtha foret. *Cic. de cl.* Unus è multis. *Pro Sex. Rosc.* De tribus, & decem fundis tres fundos. *Agel. lib.* 5.30. Apud Græcorum idoneos. *Curt.* Primus omnium, *hoc est*, è numero omnium. Ut Genitivus regi videatur

Ablativo *è numero* suppresso; ut locutus est. *Cic.* 1. *de Orat.* Unus è togatorum numero.

OBSERVATIO II.

Mille, singulari numero est indeclinabile; plurali verò declinatur. Nom. & Acc. Millia. Gen. Millium. Dat. & Abl. Millibus.

Adjectivè, & substantivè usurpatur. Adjectivè sing. num. concordat substantivis pluralibus; ut mille homines, mille feræ, mille sidera. *Liv.* 4. 4 Prætor cum equitibus mille occurrit, *con mille Soldati a cavallo.*

Substantivè neutrius generis, habet post se Genitivum. *Cur.* 3. Mille militum pestis illa consumpsit, *un migliajo di Soldati. Plaut. Mil.* 4. 3. Vivunt mille annorum. Sic mille hominum, mille ferarum, mille siderum.

Millia verò plur. num. ad modum substantivorum sæpiùs Genitivum postulat. *Cic.* 2. *Off.* Duo millia hominum. *Liv.* 3. 3. Duodecim millia hostium cæsa. Post *millia*, minor numerus convenit cum re numeratâ. *Liv.* 3. 3. Sardorum, Pœnorumque fermè tria millia, & septingenti capti.

Si nomen, *millia*, habeat eodem casu rem numeratam, tunc est veluti casus appositorius. *Cic. pro Rab.* Decem millia talenta, idest, talenta decem millia; sive, talenta usque ad decem millia.

De Comparativo. Reg. VIII. P. T. C.

Comparativum cum Ablativo usurpatur, quando fit comparatio duarum rerum. *Cic. de Senect.* Ex ejus linguâ melle dulcior fluebat oratio. *Id. de Orat.* Quis doctior Aristotele? *Plaut. Curc.* 4. 3. Stulto stultior fuisti. *Prov.* Nullum theatrum veritati conscientiâ majus est.

Vel quando fit comparatio plurium diversi generis, hoc est, ut quidam ajunt, cùm persona, vel res, quæ superat, non est è numero eorum, quæ superantur. *Horat.* 1. *ep.* 1. Vilius est virtutibus aurum: Hoc loco, *aurum* non est è numero virtutum, quia non est virtus. *Sal. Jug.* Æquum divitiis carius erat. *Horat. Epod. od.* 3. Edat cicutis allium nocentius.

Interdum ejusdem generis, si intercedant *cætera*, *alii*, ac similes voces. *Cur. lib.* 6. Mare Caspium cæteris dulcius est. *Plin. ad Canin.* Puer quidam audentior cæteris.

Ablativus mutatur in Accusativum cum *inter*, aut *ante*. *Macrob.* 1. *cap.* 2. Colotes inter Epicuri auditores loquacitate notabilior. *Maro.* 1. *Æn.* Pygmalion scelere ante alios immanior omnes.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Ablativus Comparativi mutatur etiam in alium casum, prout constructio postulat, cum particulis: quàm, ac, vel, atque. *Plaut. Epid.* 3. 2. Versutior es, quàm rota figularis. *Juv. sat.* 6. Intolerabilius nihil est, quàm fœmina dives. *Cic. Q. Fr.* 2. 9. Doleo, te meliorem Civem esse, quàm Philoctetem. *Plaut. Merc. act.* 5. 2. Amicior mihi nullus vivit, atque is est. *Egli è il maggiore amico, che io abbia al Mondo.*

OBSERVATIO II.

Aliquantùm, tantùm, quantùm, multùm, paulùm, nimiùm, nihil, seu nihilum, ante comparativa Ablativo exprimuntur. *Horat.* 2. *sat.* 3. Nihilo ut sapientior ille, qui te deridet. *Plin.* Tantò laudabilior magnificentia nostra fore videbatur. *Teren. And.* 4. 5. Tantò magis dabit.

Tàm, & quàm pro tantò, & quantò repe-riuntur. No-

Nomen positivum potest admittere adverbium *magis* pro comparativo. *Cic. 3. de Orat.* Est species alia magis, aliâ formosa.

OBSERVATIO III. P. P. C.

Invenitur aliquando Comparativum cum Genitivo plur. sed non passim utendum. *Curt.* 5. Duo majora omnium navigia submersa sunt.

Græcismus est, cùm additur comparativo adverbium, magis. *Plaut. Capt.* 3. 4. Nihil unquam invenies magis hoc certo certius. *Et alia apud Poetas*. Sic etiam apud Justinum l. 3. c. 2. *magis clarior*. Florum 4. 2. *minus admirabilior*. Plaut. Stich. 5. 4. *magis dulcius*.

De Superlativo. *Reg. IX. P. S. C.*

Superlativa admittunt Genitivum pluralem, aut Ablativum cum præposit. ex, de, è; aut Accusativum cum inter, vel ante.

Utimur verò superlativo, cùm instituitur comparatio multarum rerum ejusdem generis: sive, cùm persona, vel res, quæ comparatur, est è numero eorum, quæ comparantur. *Curt.* 7. Parmenio amicorum vetustissimus, *il più vecchio degli amici*. Hic superlativo locus est, quia Parmenio est unus è numero amicorum, qui cum eo comparantur; & ita in reliquis. *Flor. lib. 1. cap. 21.* Volsini Etruscorum opulentissimi. *Cic. pro Sex.* Aristides omnium justissimus. *Id. 1. Orat.* Acutissimus ex omnibus sensibus est sensus videndi. *Ibid.* Opus est de humanis operibus longè maximum. *Id. 1. Tusc.* Antiquissimum è dictis genus est Poëtarum. *Macrob. 7. cap. 12.* Acetum liquidissimum est inter cæteros humores. *Plin.* 8. 4. Fidelissimi ante omnes homini canes. *Virg. 4. Æn.* Ipse ante alios pulcherrimus omnes.

Superlativum potest similiter habere Genitivum

tivum singularem Collectivi Nominis, ut sunt: Populus, Gens, Natio, Civitas, Ætas, pro iis, qui vivunt eâ ætate. Schola, pro Scholasticis. Italia, pro Italis, &c. *Liv.* 4.5. Duo clarissimi suæ ætatis Imperatores. *Cic. pro Sex.* Vir ornatissimus nostræ civitatis.

Elocutio Superlativi variè explicatur Italicè. Aristides omnium justissimus. *Aristide fu il più giusto di tutti. Il più giusto del Mondo. Che fosse al Mondo. Di quanti fossero sotto il Sole. Che non aveva simile nella giustizia, o che gli si comparasse nella giustizia.*

OBSERVATIO P. P. C.

Quandoque Auctores usurpant pro comparativo superlativum, præcipuè in continuatâ structurâ superlativi. *Macrob.* 7. *cap.* 11. Age, Servi, non solùm adolescentium, qui tibi æquævi sunt, sed *senum* quoque doctissimè. *Tull. pro Dom.* Hoc consiliario, hoc ministro, non bipedum solùm, sed *quadrupedum* quoque, impurissimo, Rempublicam perdidisti. Sic imitabere. Nero crudelissimus hominum, & bestiarum fuit; sive: Et crudelior bestiis.

Aliquando etiam pro Superlativo Comparativum, præcipuè cùm interponitur vox *omnis*, & similis. *Ovid.* 2. *Metam.* Tantò Virginibus præstantior omnibus Herse. *Plin. in Paneg. Trai.* Major omnibus eras. *Cic. ad Brut. epist.* 20. Contumelias pejus odero malis omnibus. *Virg.* 8. *Æn.* Cunctis altior ibat Anchises.

Nomen Positivum pro superlativo potest admittere adverbium maximè. *Var. de re rust. lib.* 2. *cap.* 11. Lac omnium rerum liquentium maximè alibile.

De

De Constructione Opus, & Usus.
Reg. X. P. S. C.

OPus habeo, vel mihi opus est. Usus est, significant Egere, *aver bisogno, esser necessario*; & post se Ablativum requirunt. *Plau. Pers.* 2. Nihil mihi opus est litibus. *Colum.* 9. 1. Frugibus opus habent. *Plaut. Asin.* 1. 1. Viginti jam usu 'st (nempè usus est) filio argenti minis. *Il figliuolo ha bisogno di dugento scudi.*

Opus mutat Ablativum in Nominativum, qui cum verbo convenit numero, & personâ. *Cic.* 2. *de Inv.* Nobis exempla permulta opus sunt. *Id.* 2. *epist.* 6. Dux nobis, & auctor opus est.

OBSERVATIO P. P. C.

Opus, & Usus rarò Genitivo, aut Accusativo adhærescunt. *Cic.* 10. *epist.* 8. Nobis magni laboris usus fuit. *Plaut. Truc.* 5. 1. Puero opus est cibum. *Liv.* 1. 5. Usus erit mei. *Plau. Pseud.* 1. 3. Ad eam rem usus est hominem astutum, doctum, scitum, & callidum.

Hæc res tibi est usui. *Questa cosa fa per te. Ti è utile. Cic. Att. lib.* 1. *epist.* 1. Fuit mihi magno usui.

DE CONSTRUCTIONE PRONOMINIS
CAP. III.

PRonomen ex se nullum casuum regimen exigit, sed tota ejus structura pendet à nomine, cujus vicem gerit.

De Reciproco Sui, & Suus. Reg. I. P. P. C.

AD vitandam Orationis ambiguitatem utimur Reciproco Sui, & Suus, cùm refertur ad tertiam personam principalem, de qua sermo est. Ut: Omnis homo se diligit, ac res suas curat. *Dicitur*, se, ac res suas, quia re-

fertur ad hominem, qui diligit, & curat. *Sic*: Cæsar interfectus fuit à suis inimicis, quia inimici erant Cæsaris; ideò aptè dictum est à suis inimicis. Si fuissent Pompeii, vel alterius debuisset dici; ab *ejus* inimicis, idest *Pompeii*, *&c.*

Itaque si alia persona referatur, quàm agens verbi principalis, cujus non sit id, de quo loquimur, utimur Pronominibus demonstrativis, is, ille, ipse. *Ut*, herus objurgavit famulum suum, & filium ejus, *idest* famuli: Si dixisset filium suum, significasset filium heri.

OBSERVATIO UNICA.

Si plures tertiæ personæ intercedant, & absit periculum ambiguitatis, usurpata inveniuntur pro Reciproco Demonstrativa, is, ille, ipse, & vicissim pro Demonstrativis Reciprocum Sui, Suus. *Cic.* 3. *Off.* Perfuga Fabricio pollicitus est, si præmium *Ei* proposuisset, se Pyrrum necaturum. Dicit, Ei, pro sibi, quia sermo non est ambiguus. *Id. ibidem*. Ea præstare debebit, quæ erunt in *ipsius* potestate, idest, suâ. *Cic. pro Leg. Man.* Ex Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fugâ fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, mœrorque patris celeritatem persequendi retardaret. *Se* pro *Eam*. *Id.* 2. *Phil.* Prius quàm tu suum sibi venderes, ipse possedit. *Sibi*, idest, *Ei*. Usurpatio Sui, & Suus pro *Illo*, est Græcorum constructio, teste Budæo.

De Pronomine Derivativo. Reg. II. P. P. C.

PRonomina Derivativa, Meus, Tuus, Suus, noster, vester, quia ponuntur pro Primitivis; Mei, Tui, Sui Nostrûm, vel nostri, vestrûm, vel vestri, habent post se Relati-

vum,

vum, *qui*, *quæ*, *quod*, quod conveniat personæ verbi. *Cic.* 14. *epist.* 1. Omnia sunt *mea* culpâ commissa, *qui* ab iis me amari putabam, qui invidebant. *Hoc est* culpâ mei, qui. *Ovid.* 1. *Pont. Eleg.* 4. Nec *mea* verba legis, *qui* sum summotus ad Istrum.

Aut habent Genitivos congruentes cum primitivis, quorum loco Derivativa posita sunt. *Liv. lib.*8. Noster duorum eventus: *idest* eventus nostrûm duorum. *Ovid.* 1. *Am. el.* 8. Mea defunctæ leniter ossa cubent: *idest*, ossa mei defunctæ. *Horat.* 1. *sat.* 4. Cùm mea nemo scripta legat, vulgò recitare timentis: *hoc est*, scripta mei timentis. *Cic. epist.*7. *ad Brut.* Qui vestris paucorum respondeat laudibus: *scilicet*, vestrûm paucorum. *Et lib.* 6. *epist.* 16. Contentus ero nostrâ ipsorum amicitiâ: *videlicet*, nostrûm ipsorum.

Sic dicitur: Mea unius, tua solius, nostra ipsorum, vestra trium interest. Ac similia obvia sunt. Potiùs autem dixeris: vestrûm omnium voluntas, quàm vestra omnium.

Plautus *Pseud* 2. 1. usus est pronomine primitivo mei; idque Græcorum more: Fretus virtute dicam mei industriâ, & malitiâ, fraudolentiâ, facilè ut vincam. *Et ibid.act.*1. *sc.*1. Duorum labori ego hominum parsissem lubens, mei te rogandi, & tui respondendi mihi.

OBSERVATIO I.

Nomina substantiva si possessionem, aut actionem significant, jungunt sibi pronomina derivativa: Meus, tuus, suus, noster, vester, ut: Amor meus, quo amo: desiderium tuum, quo desideras: fastidium nostrum, quo fastidimus. *Et sic in aliis.*

Sin verò passionem notent, asciscunt Genitivum pronominis primitivi: Mei, tui, sui,

 no-

nostri, vestri, ut: Amor mei, quo amor; desiderium tui, quo desideraris, &c.

Hujusmodi substantiva ferè sunt: Amor, charitas, odium, cura, sollicitudo, memoria, contemptus. *Virg.* 12. *Æn.* Victus amore tui, vincla omnia rupi. *Horat.* 1. *epist.* 13. Ne studio nostri pecces. *Cic. de Arusp.* Nihil fecit contra me odio mei, *idest*, odio, quo læderer ab eo.

Id tamen Auctores non semper observant. Nam dicimus: vulnus meum, quo vulneratus sum: Injuria nostra, qua afficimur. *Cic.* 15. *epist.* 18. Abesse te meâ causâ, molestè fero.

OBSERVATIO II.

Usurpantur pariter Genitivi, *mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri*, post hæc nomina: *Pars*, *aliquid*, *quidquam*, *quidquid*, *dimidium*, & id genus alia. *Ovid. Trist.* 2. 1. Dimidioque tui præsens.

De Pronomine Idem. Reg. III.

P. P. C.

VEteres post pronomen Idem, ponunt Qui, ac, atque, & (*il medesimo che*) *Plaut. Stic. act.* 1. 2. Idem animus est in paupertate, qui olim in divitiis fuit. *Ovid.* 6. *Fast.* Vesta eadem est, & terra. *Cic. pro Syl.* Idem videtur esse, atque id. *Sic.* Idem, ac tu, ac ille, &c. Non autem idem cum illo; idem tecum, idem cum Cæsare, quæ locutio barbarica existimatur.

OBSERVATIO UNICA.

Idem cum Dativo, structura græcanica est. *Horat. ad Pis.* Invitum qui servat, idem facit occidenti, *idest*, facit idem, ac qui eum occidit.

DE VERBORUM CONSTRUCTIONE.

Et primum de Verbo Activo. Cap. IV.

VErbum Activum est illud, quod significat actionem in aliud transeuntem.& desinit in O, & format ex se Passivum personale additâ litterâ R, ut Amo, Amor,

Verborum Activorum. Reg. I. P. T. C.

OMnia Verba Activa habent Nominativum, & Accusativum, aut personæ, aut rei, in quam transit actio Verbi. Nominativus vocatur agens, Accusativus verò patiens. *Plaut. Mostell.* 1. 3. Tu me amas. *Cic. Q. fr.* 2. 15. Ego libenter te adjuvabo. *Ter. And.* 1. 1. Veritas odium parit. *Auct. ad Her* 4. Diligentia comparat divitias, negligentia corrumpit animum.

Amo,	as,	avi,	atum,	*amare.*
Aperio,	is,	ui,	ertum,	*aprire.*
Desidero,	as,	avi,	atum,	*desiderare.*
Facio,	is,	feci,	factum,	*fare.*
Fero,	fers,	tuli,	latum,	*portare.*
Hilaro,	as,	avi,	atum,	*rallegrare.*
Laudo,	as,	avi,	atum,	*lodare.*
Lego,	is,	egi,	lectum,	*leggere.*
Sperno,	is,	sprevi,	etum,	*disprezzare.*
Verbero.	as,	avi,	atum,	*battere.*
Vitupero,	as,	avi,	atum,	*biasimare.*
Voco,	as,	avi,	atum,	*chiamare.*

Et plurima alia.

Verba Activa pro Accusativo possunt habere Infinitivum, vel Orationis partem. *Petron.* Tanti pœnitere non emo. *Ter. Hecy.* 4. 4. Nec quid agam, scio.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Quædam verba intelligantur, ac explicentur juxta eorum germanam significationem, &

vim: ne in convertendis dictatis ex vernaculâ in latinam linguam subsit difficultas.

Capio, is, cœpi, captum, *contenere, pigliare*, *Cic. 2. Catil.* Ut eos capere carcer non possit. *Di sorta, che non possano capire nella prigione*: cioè, *la prigione non gli possa contenere*.

Derideo, irrideo, es, isi, isum, *schernire*, sic alia verba irridendi. *Cic. 1. de Orat.* Apollonius derisit Philosophiam, *Apollonio si rise, o si burlò della Filosofia*.

Fallo, is, fefelli, falsum, *ingannarè. Cic. 1. Catil.* Num dies me fefellit? *forse ho fallito il giorno?* cioè, *forse il giorno m' ingannò?* Via me fefellit, *ho smarrito la strada*: cioè, *la strada m' ingannò*.

Fastidio, is, ivi, itum, *aver a schifo, a noja, in fastidio. Horat. in serm. lib. 1. 2.* Num esuriens fastidis omnia, præter pavonem, rhombumque? *quando hai fame, tutte le cose t' infastidiscono, o ti danno fastidio, o ti fanno nausea?* cioè, *affamato, hai in fastidio, o a noja tutte le cose?* Sic multa alia verba.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Multa verba activa possunt mutare accusativum patientem in alium casum. Ut:

Caveo, es, cavi, autum. Caveo hunc, & ab hoc, *schifare, fuggire. Ter. Eun. 4. 6.* Quod cavere possis, stultum est admittere. *Cic. 12. Phil.* Qui ab homine nefario non cavent. Huic cavere, *provvedere. Cic. 4. Topic.* Tu mihi, meisque multa sæpè cavisti.

Cogito, as, avi, atum, *pensare*. Cogito rem, vel de re, præcipuè si de personâ agatur. *Cic. Att. 9. 5.* Beneficia ejusdem cogito. *Id pro Mur.* De Republicâ cogito, *penso alla Repubblica*.

Curo, as, avi, atum, *governare, pigliarsi cura*,

ra. Curo rem, *rarissimè* huic rei. *Ter. Adel.* 5. 3. Quando ego tuum non curo, ne cura meum, *poichè non m' impaccio del tuo, non t' impacciar tu del mio. Plaut. Truc.* 1. 2. Alienis rebus curas, *ti pigli pensiero de' fatti d' altri*.

Despero, as, avi, atum, *disperarsi*. Despero rem, huic rei, vel de re. *Cic. ep.* 12. 14. Rhodii nos, & Remp. desperaverint. *Id. pro Cluent.* Is eum saluti desperare vetuit. *Cas.* 1. *B. C.* De suâ virtute desperarent.

Illudo is, si, usum, *burlare. Mi burlo del fratello.* Illudo fratrem, fratri, in fratrem, in fratre. *Cic.* . *de Orat.* Præcepta illudere solebat. *Id. pro Dom.* Hic illudit auctoritati. *Ter. Eun.* 5. 4. Ne impunè in nos illuseris. *Id. And.* 4. 4. In quibus sic illudatis?

Incubo, as, bui, itum, *covare.* Gallina incubat ova, vel ovis. *Var.* 3. *de R. R. c.* 8. *& Col.* 8. 8.

Metuo, is, metui. S Supino, & Timeo, es, ui, S. Sup. *aver paura temere*. Timeo hostem, vel ab hoste. Timeo tibi. *Temo di te, che non t' avvenga qualche male.* Timeo tibi mortem ab hoste: *Temo, che il nemico t' ammazzi*.

Activorum. Reg. II. P. T. C.

QUædam Verba Activâ, quæ ad Judicium, & Tribunalia prçcipuè spectant, præter Accusativum, admittunt Genitivum Criminis *Cic.* 3. *in Verr.* Fannius Verrem insimulabat avaritiæ, & audaciæ. *Cas.* 3. *B. C.* Postulavit Afranium proditionis Rufus. *Auct. ad Her.* 3. Cælius Judex absolvit eum injuriarum.

Genitivi Criminis ferè esse solent: Ambitûs, Furti, Improbitatis, Majestatis, Parricidii, Probri, Proditionis, Sacrilegii, Sceleris, Veneficii: qui reguntur à tacitis Ablativis, sæpè tamen expressis sine præpositione: *Crimine, pec-*

cato. actione, nomine, causâ, judicio, lege, sententiâ. Cic. pro Cal. Nec ipse alterum ambitûs crimine accerseret. *Cic. 4. Verr.* Qui te post quinquennium statuarum nomine accersat? *Tac. 2. an.* Liberavit Apulejum lege majestatis.

Accuso, as, avi, atum,	*accusare.*
Arguo, is, gui gutum,	*riprendere.*
Accerso, vel arcesso, is, ivi, itum,	*citare in giudizio.*
Absolvo, is, solvi, utum,	*assolvere, dichiarare innocente.*
Alligo, Obligo, as, avi, atum,	*obbligare.*
Astringo, Obstringo, is, strinxi, strictum,	*far colpevole,*
Convinco, is, vici, victum,	*convincere.*
Defero, fers, tuli, latum,	*dar querela, denunziare.*
Increpo, as, pui, itum,	*sgridare, riprendere.*
Insimulo, as, avi, atum,	*imputare, incolpare.*
Noto, as, avi, atum,	*tacciare, vituperare.*
Postulo, as, avi, atum.	*chiamare in giudizio.*

Et alia.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Genitivus criminis Ablativo quoque exprimitur cum præpositione de. *Cic. pro Sex. Rosc.* Qui de Veneficiis accusantur. *Liv. 3. lib. 6.* Blasus de proditione Dasium appellabat. *Cic. 2. ad Att. 1.* Quod me de Pompeii familiaritate objurgas.

OB-

[redacted]

OBSERVATIO II.

Variatur in aliquibus horum Verborum constructio: ut, Accuso avaritiæ, vel de avaritiâ fœneratores; aut avaritiam fœneratorum. Sic; Reprehendo discipulos pigritiæ, vel de pigritiâ: usitatiùs pigritiam discipulorum. Quod etiam observatur in verbis Culpo, Castigo, Excuso, Vitupero, & similibus.

OBSERVATIO III.

VErba Puniendi admittunt Ablativos, pœnam significantes. *Cic. 1. de fin.* Torquatus filium morte mulctavit. *Sal. in Cic.* Ex conjuratis alios morte, alios pecuniâ condemnabat.

Castigo,	as, avi,	atum.	} *gastigare.*
Mulcto,	as, avi,	atum.	} *punire.*
Plecto,	is, sin. præ.		} *dar la pena.*
Punio,	is, ivi,	itum.	}
Damno,	as, avi,	atum.	*condannare.*
Condemno,	as, avi,	atum.	*sentenziare.*

Hæc duo Verba *damno*, & *condemno* non modò Ablativo, sed etiam Genitivo pœnam exprimunt. Ut, damno aliquem capitis, vel capite: mortis, vel morte: exilii, vel exilio, &c. *Cic. 1. de Orat.* Ut capitis hominem innocentissimum condemnaret. *Liv. 4. 9.* Quantæ summæ damnatus fuerat.

OBSERVATIO IV. P. P. C.

Damno, & Condemno sæpè junguntur his Genitivis; tanti, quanti, pluris, minoris, dupli, quadrupli, & similibus. *Cato de re rust.* Fur damnatur dupli, Fœnerator quadrupli. *Cic. 5. in Verr.* Cedo mihi unum, qui octupli damnatus sit.

Hæc duo itidem Verba reperiuntur, sed raro admodùm, cum Accusativo, & præpositione ad, vel in *Svet. in Calig. 27.* Multos ad metalla, aut ad viarum munitiones, aut ad bestias

condemnavit *Tac. 16. An.* Antiſtius ad mortem damnabatur. *Papin. de poe. Tal. 9. l. 13.* Servi in temporaria vincula damnati.

Pœna invenitur cum aliis verbis. *Pla. Mil. 2. 4.* Quem ego perdam capitis; *al quale io leverò la vita.* *Cic Top.* Quæ mulier ſe capite nunquam diminuit; *la qual Donna mai diminuì la ſua condizione.* *Agel. 20. 1.* Confeſſi æris, ac debiti judicatus; *convinto di manifeſto debito.*

PRO TERTIA CLASSE.

VErba Monendi præter accuſativum patientem poſſunt ſibi adjungere Genitivum, vel Ablativum cum prępoſitione, de. *Sal. in Con. Catil.* Admonebat alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuæ, complures periculi, aut ignominiæ, multos Syllanæ victoriæ. *Id. ibid.* De motibus civitatis tempus admonuit. *Tac. 2. An.* Contractos in principia (i e. milites) temporis, ac neceſſitatis monet. *Cic. ad At. l. 12. 22.* Quod me mones de vultu, & oratione.

Moneo,		*ammonire,*
Admoneo,	es, nui, nitum,	*avvertire.*
Commoneo,		*avviſare.*
Commonefacio, is, feci, factum,		*ricordare.*

ALia verba activa, quæ ad pretium, & mercaturam pertinent, præter Accuſ. patientem, habent adjunctos hos Genitivos pretii.

Tanti,	*tanto, per tanto prezzo.*
Quanti,	*per quanto.*
Pluris,	*più, più caro.*
Minoris,	*a meno.*
Tantidem,	*altrettanto.*
Quanti quanti,	*quanto ſi voglia, a qualſivoglia prezzo.*
Quanticunque,	
Quantilibet,	
Quantivis,	

Cic.1.Verr. Tantidem frumentum emeret quanti vendidisset. *Id. 1. Verr.* Pluris vendidi decumas, quàm cæteri. *Plaut. Pers.*4.4. Pauca in verba confer: Tanti indica. *Di presto, chiedi, quanto ne vuoi.*

Emo,	is,	emi,	emptum,	*comprare.*
Redimo,	is,	demi,	demptum,	*ricomprare.*
Vendo,	is,	didi,	ditum,	*vendere.*
Conduco,	is,	duxi,	ductum,	*pigliare in affitto, a pigione, a fare.*
Loco,	as,	avi,	atum,	*dare in affitto, a pigione, a fare.*
Indico,	as,	avi,	atum,	*chiedere il prezzo della roba, tassare.*

Pretium tamen Ablativo effertur, ut dicetur suo loco.

VErba æstimationis præter prædictos genitivos pretii; tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quanticunque, admittunt etiam sequentes.

Magni, Permagni,	*assai molto, troppo, in gran conto.*
Parvi,	*in poca stima, poco.*
Plurimi, Maximi,	*assaissimo, in grandissimo conto.*
Minimi,	*pochissimo.*
Hujus,	*questo, in questa stima.*

Aliquid vile indicando.

Plaut. Stic. 1. 2. Vos ne latrones, & mendicos homines magni penditis? *Cic.1.de fin.* Virtus voluptatem minimi facit. *Ter. Adelph.*2.1. Tu quòd te posteriùs purges, hujus non faciam

Æsti-

Æſtimo, as, avi, atum,	
Duco, is, duxi, ductum,	*ſtimare.*
Facio, is, feci, factum,	*apprezzare.*
Habeo, es, bui, bitum,	*far conto.*
Pendo, is, pependi, penſum	*tener in iſtima*
Puto, as, avi, atum,	

Hæc item verba in Genitivo hos Subſtantivos recipiunt. Aſſis, *un bajocco*. Flocci, *un fiocco*. Nauci, *una ſcorza di noce*. Nihili, pro nihilo, *niente*. Pili, *un pelo*. Teruntii, *un quattrino, un picciolo. Catul.Epig.*5. Rumoreſque ſenum ſeveriorum omnes unius æſtimemus aſſis. *Et epig.* 10. Prætor nec faceret pili cohortem. *Plaut. Pan.* 3. 1. Nos te nihili pendimus.

OBSERVATIO P. S. C.

Quibusdam Verbis aliqui Genitivi pro ſignificatione conjuncti inveniuntur. Nam dicitur:

Facio hanc rem æqui, boniq; vel æqui boni.
Conſulo rem boni. *Piglio queſta coſa in buona parte, in buon ſenſo. La ſtimo giuſta, e buona. Liv.* Nos æqui, bonique facimus. *Cic. Att.* 7.7. Qui totum iſtuc æqui boni facit. *Plin.l.*33. *in proœm.* Quærebat argentum avaritia, boni conſuluit interim inveniſſe minium.

Non duco, } rem penſi *non fo conto (di queſta*
Non habeo,) rem penſi *non mi curo (coſa.*

Quintil. Nihil penſi habere videas quosdam, *guarda, che alcuni non iſtimano nulla. Val. M.* 1. *c.* 9. Nec penſi duxerat iisdem imaginibus adſcribi.

Activorum. Reg. III. P. T. C,

MUlta Verba activa, præter Accuſ. aſciſcunt ſibi Dativum perſonæ, vel rei, in cujus utilitatem, aut detrimentum fit aliquid; aut etiam cui acquiritur, vel adimitur. *Ter. Andr.* 2. 1. Cùm valemus, recta conſilia ægrotis

tis damus. *Cic. ad Her.* 4. Illi fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparavit. *Id. pro Mil.* Crimen hoc nobis condonetis. *Id.* 1. *de div.* Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.

Affero,	fers,	tuli,	latum,	*apportare.*
Condono,	as,	avi,	atum,	*perdonare.*
Do,	as,	dedi,	datnm,	*dare.*
Explico,	as,	avi,	atum,	*spiegare, dichiarare.*
Impero,	as,	avi,	atum,	*comandare.*
Mando,	as,	avi,	atum,	*commettere. imporre.*
Narro,	as,	avi,	atum,	*raccontare.*
Promitto,	is,	misi,	missum,	*promettere.*
Respōdeo,	es,	spondi,	sponsum,	*rispondere.*
Significo,	as,	avi,	atum,	*dare ad intendere.*
Suppedito,	as,	avi,	atum,	*somministrare*
Trado,	is,	didi,	ditum,	*consegnare.*

Et multa alia his similia, seu ab his cōposita.

Dativus hujusmodi communis est cateris verbis, Participiis, & Nominibus, ut alibi dicetur.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Huc referuntur.

Debeo, bes, bui, bitum, *dovere, esser debitore, o obbligato.* Multa tibi debeo, *ti son debitore di molte cose.* Hic animam debet, *costui è indebitato fino alla camicia.* Ex Ther. Phor. 4. 3.

Do, das, dedi, datum. Do Cæsari literas ad te, *ti scrivo, o ti mando lettere per Cesare.* Cic. lib. 6. ep. 21. Dederam pueris literas ad te, *ti avevo mandato letrere per i servi.*

Interdico, is, xi, ctum, *interdire, proibire,* pro accusativo admittit etiam ablativum. *Svet. Aug. 66.* Alteri domo interdixit.

Jubeo, es, jussi, jussum, pro decerno, *imporre*

porre. assegnare, decretare. Sal. Jug. Ei provinciam populus Romanus jussit. *Il Popolo Romano gli assegnò la provincia. Tac. l.* 4. Tributum iis Drusus jusserat modicum pro angustiâ rerũ.

Jubeo pro impero, *comandare.* rarissimè Dativum personæ habet. *Tac.* 13. *An.* Quibus jusserat, ut resisterent. Frequentius usurpatur cum infinito, & ejus accusativo: ut, jubeo te benè valere.

Nuncio,as,avi, atum, *avvisare*. Multa mihi nuncias, *m' avvisi di molte cose.*

Mitto, is, misi, missum, *mandare.*
Scribo, is, scripsi, scriptum, *scrivere.*
Tibi, vel ad te, literas,

Solvo, is, solvi, solutum, *sborsare, pagare,* habet pretium in Accusativo; rem verò, pro qua datur pretium, in Ablativo, cum *pro* Ut. solvo tibi decem nummorũ libras pro libris, *ti pago i libri dieci lire. Cic.* 5. *Verr.* Cum pro frumento Civitatibus pecuniam solverem.

Suadeo,) es, si, sum, *consigliare.*
Persuadeo,) es, si, sum, *persuadere.*

Nobis, noxia, suades, nec dicitur *nos*; nam suadeo cum accusativo personæ Græcismus est, rarus apud Latinos.

Agere gratias alicui, *ringraziare in parole alcuno.*

Debere gratiam, *esser obbligato per favor ricevuto.*

Habere gratiam, *mostrarsi obbligato, aver memoria del beneficio ricevuto.*

Referre gratiam, *render il contraccambio. Cic.* 2. *off.* Inops si referre gratiam non potest, habere certè potest. *Id.* 5. *ep.* 11. Nec tu mihi gratiam modò habuisti, verùm etiam cumulatissimè retulisti; *non solo mi ti sei mostrato obbligato, ma ancora m' hai resa compitissimo contraccambio.*

Do

Do tibi fidem, *ti dò parola*. Do tibi fidem publicam, *t' assicuro sulla parola del pubblico*. *Cic.* 3. *Catil.* Fidem ei publicam dedi, *gli feci il salvocondotto*.

Facio tibi fidem, *ti fo fede, ti persuado*. *Cic. Att.* 9. 11. Tibi fidem faciemus.

Habeo tibi fidem, *t' ho credito*. *Cic.* 5. *ep.* 20. Majorem fidē tibi habui, quàm penè ipsi mihi.

Præsto tibi fidem, *ti mantengo la promessa, o la parola*. *Cic. Att.* 9. 10. Iis fidem presto.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Quædam verba non modò unicum, sed duos etiam Dativos habent: Ut,

Do tibi libros pignori, *ti dò i libri in pegno*, pecuniam fœnori, *i denari a usura*.

Id tu tibi ducis honori, laudi, &c. *te lo attribuisci ad onore, te la tieni a lode*.

Vertis id mihi vitio, infamiæ, &c. *mi biasimi di questo*; & hujusmodi.

Activorum. *Reg.* IV. P. T. C.

PAuca verba activa præter proprium accusativum plerumque rei animatæ, habent alterum accusativum rectum à tacitâ præpositione, ad, circa, juxta. *Cic. in Pis.* Quid nunc te litteras, doceam? *Ter. Adel.* 1. Celo te hanc rem. *Cic. ad Q. Fr.* 2. 1. Me primum sententiam rogavit.

Doceo,	es,	cui,	ctum,	*insegnare, ammaestrare*.
Dedoceo,	es,	cui,	ctum,	*disinsegnare*.
Celo,	as,	avi,	atum,	*nascondere*.
Consulo,	is,	lui,	ultum,	*chieder consiglio consigliarsi*.
Flagito,	as,	avi,	atum,)	*domandare in-*
Efflagito,	as,	avi,	atum,)	*stantemente*.
Oro,	as,	avi,	atum,	*pregare*.

Exo-

Exoro, as, avi, atum, *impetrare con preghiere.*
Posco, is, poposci, s. s. *chiedere, domandare.*
Reposco, is, repoposci, s. s. *richiedere, ridomandare.*
Rogo, as, avi, atum, *domandare, pregare.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Prædicta omnia verba etiam aliter construuntur : nam dicimus.

Doceo, edoceo, perdoceo, dedoceo te hanc rem, ad hanc rem, hac re, & de hac re. *Ter. Hecy. act.* 2. 1. Doctæ ad malitiam. *Saluſt. in Cat.* Mulier græcis literis, & latinis docta. *Id. ibid.* De itinere hostium Senatum edocet, *dà informazione al Senato del viaggio degl'inimici.*

Celo te hanc rem, tibi hanc rem, & te de hac re. *Ter. Phorm.* Quid si hoc celetur Patri? *Liv.* 1 9. De novo exercitu Militem celavit, *tenne segreto il nuovo esercito a' soldati.*

Consulo te hanc rem, te de hac re. *Plin. de Vir. Ill.* Consuluit Apollinem de bello, *consultò la guerra con Apollo.*

Flagito, efflagito, oro, exoro, posco, reposco, rogo; sæpè mutant accusativum personæ in ablativum cum à, vel ab. *Virg.* 11. *Æn.* Veniamque oremus ab illo. *Cic. Att.* Abs te literas poscam. Quod ferè semper fit cum verbis Peto, & Postulo, ut videbitur infrà.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Moneo, & composita, rarò habent duos accusativos, sed potiùs efferunt rem inanimatam ablativo cum *de*, vel genitivo, ut superiùs dictum est. *Teren. And.* 5. 4. Moneo te hanc rem. *Sal. Jug.* Eam rem nos locus admonuit. *Plaut. Truc.* 4. 1. dixit: Unum animus monuit mihi.

Item,

Item,interrogo te hanc rem;sed meliùs, te de hac re. *Cic.* 1. *Tusc.* Pusionem interrogat Socrates quædam Geometrica. *Idem in Vatin.* Quid te de flagitiis tuis interrogem?

OBSERVATIO III.

Possunt adjungi aliis verbis tacitâ præpositione ad, circa, &c. hi accusativi: Hoc, istud, illud, id, quod, quid, aliquid, nihil, unum, multa, pauca. *Vig.* 6. Multa Deos venerati sumus. *Salust. in Jug.* Pauca milites hortatus. *Maro ecl.* 7. Et si quid cessare potes, requiesce sub umbrâ. *Teren. Heaut.* 4.7. Ego domi ero, si quid me volet.

Activorum. Reg. V. P. T. C.

MUlta Verba activa præter accusativum patientem, admittunt ablativum materiæ, sine præpositione. *Cic. de Univ.* Deus animam circumdedit corpore, & vestivit extrinsecus. *Id.* 4. *Verr.* Urbes C. Verres non solum illis ornamentis: sed etiam viris nobilissimis, privavit. *Id. Acad.* 4. Ea Philosophia spoliat nos judicio, omnibus orbat sensibus.

Amicio,	is,	cui,	amictum,	*coprire.*
Cingo,	is,	nxi,	cinctum,	*cignere.*
Impleo,	es,	plevi,	pletum,	*empiere.*
Locupleto,	as,	avi,	atum,	*arricchire.*
Maculo,	as,	avi,	atum,	*macchiare, imbrattare.*
Nutrio,	is,	ivi,	itum,	*nutrire, sostentare.*
Orbo,	as,	avi,	atum,	*privare.*
Orno,	as,	avi,	atum,	*ornare.*
Satio,	as,	avi,	atum,	*saziare.*
Spolio,	as,	avi,	atum,	*spogliare.*
Vacuo,	as,	avi,	atum,	*votare.*
Vestio,	is,	ivi,	itum,	*vestire.*

Et multa alia cognatæ significationis, & ad materiam pertinentia.

Abla-

Ablativus hujus Regulæ communis est cæteris Verbis, participiis, & nominibus, ut dictum est, & infrà patebit.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Plura hujus generis Verba habent latinam constructionem à patrio sermone discrepantem, ut; solvam te vinculis, *ti sciorrò i legami.* Oneras navigia mercibus, *carichi le merci sul naviglio.* Exoneras equos sarcinis, *scarichi le some di su' cavalli, o da' cavalli.*

Hoc ferè accidit in Verbis Fraudo, circumduco, inverto, emungo, cum significant, *gabbare, togliere, truffare. Cic. 5. Verr.* Decumanum fraudare, ne grano quidem uno potest arator, *il lavoratore non può defraudare, nè pure un granello di frumento all' esattore delle decime. Plaut. Bocch. 5. 1.* Percrucior, sic miserum me auro esse emunctum, *mi travaglio, che a me così povero sia stato tolto l'oro. Id. Trin. 4. 2.* Si potero hominem ornamentis circumducere, *se potrò a quell' uomo truffare gli ornamenti.*

OBSERVATIO II.

Variant structuram Verba.

Imbuo, is, ui, utum,)	*insegnare.*
Informo, as, avi, atum,)	*ammaestrare.*
Instituo, is, tui, tutum,)	*instruire.*
Instruo, is, truxi, tructum,)	

nam dicimus, Imbuo te hac re, & ad hanc rem. *Val. Max. lib 2. 2.* Puerum literis, juvenem armis instruxeras. *Cic. de Senect.* Senectus adolescentes docet, instituit, ad omne officii munus instruit. *Id. pro Dejot.* Quibus ille studiis se imbuerat. *Id. in Orat.* Ad hanc legem imbuti sumus.

Erudio aliquem hac re, in hac re, ad hanc rem, & hanc rem. Exempla sæpè occurrunt.

OB-

OBSERVATIO III. P. T. C.

Impleo, & Compleo rarissimè genitivum habent, vel ablativum cum de. *Cic.* 3 *Verr.* Piso multos Codices implevit earum rerum. *Mart. lib.* 14. *epig.* 12. Hos nisi de flavâ loculos implere monetâ non decet.

Induo, exuo, calcio, admittunt etiam unicum accusativum rei inanimatæ. Ut

Induo pallium, *mi metto il mantello.*
Exuo vestem, *mi cavo la veste.*
Calcio crepidas, *mi pongo le pianelle.*

Ovid. 4. *Trist.* Induimus arma, *c'armamo.* *Cic. Att.* 13. 2. Humanitatem omnem exuimus. *Plin. lib.* 36. *cap.* 5. Alii calciarent soccos.

Induo, & exuo rarissimè inveniuntur cum dativo pro accusativo. *Plin. lib.* 13. *c.* 1. Qui annulum induit digitis. *Ovid.* 7. *Met.* Vincula sibi exuere.

OBSERVATIO IV.

Augeo, dono, impertio, levo, spargo, aspergo, habent materiam tum in ablativo, tum in accusativo. Si rem materialem ablativo exprimunt, habent accusativum personalem, si verò persona dativo exprimitur, efferunt materiam in accusativo: uterque modus est usitatus. *Cic.* 1. *off.* Quorum alter te scientiâ augere potest, *l'un de' quali ti può accrescere il sapere.* *Cæs.* 3. *B. C.* Ne spem adversariis augeamus. *Id.* 5. Cohortem duplici stipendio donavit. *Cic.* 5 *Tusc.* Munera Civibus tuis dona. *Virg. ecl.* 5. Spargite humum foliis. *Val. Max. l.* 7. 8. Utpote qui populo nummos sparserit.

Cumulo, & involvo sunt ejusdem structuræ, sed rarius cum dativo usurpantur.

Item

Item misceo aquam huic vino, vel aquam cum vino, vel vinum huic aquæ.

OBSERVATIO V.

Afficio, is, feci, fectum, variam habet significationem, prout variis conjungitur ablativis. Afficere aliquem gaudio, *rallegrare*, *apportare allegrezza*. Afficere voluptate, *cagionar contento*. Afficere honore, *onorare*. Afficere injuriâ, *ingiuriare*. Afficere pœnâ, *punire*, &c. *Cic. de clar.* Te afficeremus molestiâ, *ti apporteremmo travaglio. Id. in Rull.* Hoc honore me affecistis, *m' avete fatto quest' onore*.

Si actio hujus verbi remanet in agente; tunc verbum passivè convertitur. *Cic. At.* 5.20. Nullâ unquam voluntate tantâ sum affectus, *non ho mai sentito tanto gusto*. *Id. ad Brut.* 2. Magnâ sum lætitiâ affectus, *mi son molto rallegrato*.

Ne dixeris: Afficio te amore, pro *amo*, sed afficior amore tui, vel erga te. Nec: Afficio te cupiditate, pro, cupio te: sed afficior cupiditate tui.

Activorum. Reg. VI. P.T.C.

Multa verba activa post accusativum patientem poscunt ablativum cum à, vel ab, ejus personæ, aut rei, undè aliquid ferè provenit. *Cic.* 1. *Varr.* Qui opem à me, atque auxilium petissent. *Id. Att.* 14. Vos præsidium à nobis postulabatis. *Id. in Catil.* Secerne te à bonis.

Accipio,	is,	cepi,	ceptum,	*ricevere.*
Arceo,	es,	cui,		*tener lontano.*
Cohibeo,	es,	bui,	bitum,	*raffrenare.*
Disco,	is,	didici,		*imparare.*
Haurio,	is,	hausi,	haustum,	*cavare, attignere.*

Im-

Impetro, as, avi, atum, *impetrare, ottenere.*

Peto, is, tivi, vel tii, itum, *chieder in grazia.*

Postulo, as, avi, atum, *domandare, chiedere.*

Refero, fers, tuli, latum, *riportare.*

Repello, is, puli, pulsum, *ributtare indietro.*

Secerno, is, secrevi, cretum, *separare, dividere.*

Separo, as, avi, atum, *separare.*

Et multa alia.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Verba, quæ sequuntur, possunt habere tum dativum, tum ablativum cum præpositione à, vel ab. *Cic.1.Catil.* Hunc mihi timorem eripe. *Id.6. Verr.* A quo pecuniam grandem eripueras. *Plau. Aul.* 4. 4. Nihil equidem tibi abstuli. *Cic. 6. Verr.* Te has phaleras à Philiarco abstulisse dicebant.

Abduco, is, uxi, uctum, *togliere, rimuovere.*

Abstraho, is, axi, actum, *levar via per forza.*

Aufero, fers, abstuli, ablatum, *togliere:*

Detraho, is, axi, actum, *togliere, rimuovere.*

Eripio, is, pui, reptum, *togliere, rapire.*

Extorqueo, es, si, rtum, *toglier per forza.*

Subtraho, is, axi, actum, *togliere di nascosto.*

Defendo, is, di, ensum, *difendere.*

Ita construitur: Defendo te ab æstu, & tibi æstum.

OBSERVATIO II. P.P.C.

Hæc verba, & alia sæpè mutant à, vei ab in præpositionem ex, e, nonnunquam, de: præcipuè verò, si indicatur motus de loco. *Cic. Att.* 9. 6. Reliqua ex Furnio cognosces. *Cæs.*3. *B.C.* Ex suâ amicitiâ omnia expectarent.*Cic.*2. *de fin.* Ut è Platone intelligi potest. *Id. de clar.* Audivi ista de majoribus natu, *ho udito queste cose da' nostri vecchj*. *Id. Att.* 13. 31. Is mille jugerum de Pilio emit.

Audio,	is,	ivi,	itum,	*udire, ascoltare.*
Cognosco,	is,	ovi,	gnitum,	*conoscere.*
Coniicio,	is,	jeci,	jectum,	*congetturare.*
Emo,	is,	emi,	emptum,	*comprare.*
Exigo,	is,	egi,	actum,	*riscuotere, riccercare, scacciare.*
Intelligo,	is,	exi,	ectum,	*intendere.*
Prohibeo,	es,	bui,	bitum,	*proibire, tener lontano.*

Prohibeo aliquem re, vel aliquem à re. *Cic. pro leg. Man.* Erit humanitatis vestrę magnum civium numerum calamitate prohibere. *Ibid.* A quo periculo prohibete Rempublicam. Sic prohibeo puerum ludis, & à ludis.

Prohibeo, rarissimè invenitur cum dativo; ut, prohibeo tibi rem; usitatiùs, te re, vel à re. *Plaut. Curc.* 5. 2. Obsecro, parentes ne meos mihi prohibeas. *Hirtius de bel. Afr.* Aditum adversariis prohibebant.

Abstineo, es, nui, entum, *astenere, e astenersi, discostare*. Abstineo me carne, vel à carne, vel abstineo carne, & carnem. *Ter. Heaut.* 2.2. Gemitus, risus, abstine. *Cic.* 3. *off.* Qui abstinere possit injuriâ, *catera exempla obvia sunt legenti. Ovid. epist.* 16. Virtus est placitis abstinuisse bonis.

CAP. V.

VErbum Passivum est illud, quod significat passionem ab aliqua re provenientem, & formatur à Verbis activis in O, adjunctâ literâ R: ut ab Amo, Amor: à Moveo, Moveor: à Quæro, Quæror, &c.

Passivorum. Reg. I. P. T. C.

OMnia Verba Passiva habent nominativum illius personæ, ac rei, quæ accusativo exprimitur cùm verbum est activum: & ablativum, qui fit ex nominativo verbi activi, cum præpositione à, vel ab. Ut: Nos legimus Ciceronem: Cicero legitur à nobis. Pater diligit filios: filii diliguntur à Patre. *Cic. Att.* 2. 20. Ut ego juver à te. *Id. pro Mil.* Non semper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occiditur.

Amor,	aris,	atus,	sum,	*esser amato.*
Capior,	eris,	captus,	sum,	*esser capito.*
Fallor,	eris,	falsus,	sum,	*esser ingannato.*
Hilaror,	aris,	atus,	sum,	*esser rallegrato.*
Legor,	geris,	lectus,	sum,	*esser letto.*
Quæror,	reris,	situs,	sum,	*esser cercato.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Accusativus reciproci primitivi mutatur in ablativum: ut, Cæsar seipsum defendit, Cæsar à seipso defenditur. *Sen. de cons. ad Marc.* Ab alio nemo contemnitur, nisi à se antè contemptus sit.

OBSERVATIO II.

Si ablativus verbi passivi fuerit rei inanimatæ, præpositio à, vel ab, plerumque reticetur. *Hor. l. 2. sat. 3.* Maxima pars hominum morbo jactatur eodem. *Cic. pro Arch.* Optimus quisque gloriâ ducitur. *Plaut. Bacch. 3. 4.* Mori me malim excruciatum inopiâ.

OBSERVATIO III. P. P. C.

Idem ablativus Verbi passivi nonnunquam, præsertim apud Poetas, Græcorum imitatione in dativum commutatur. *Ovid.Trist.*5.11. Barbarus his ego sum, quia non intelligor *ulli*, pro ab ullo. *Cic. l.* 10. *ep.* 27. Quæ (pacificatio) neque *Senatui*, neque *cuiquam bono* probatur. *Hor. l.* 1. *od.* 6. Scriberis *Vario*, pro à Vario. Quod usitatissimum est cum verbo *Videor*.

OBSERVATIO IV.

Verba passiva interdum pro ablativo cum à, vel ab, habent accusativum cum per. *Cæs.*1. *B. C.* Per exploratores Cæsar certior factus est. *Cic.*11. *Att.*7. Ut Hispania per te teneretur.

In alias Passivorum Regulas commune Præceptum.

Omnia Verba passiva præter nominativum, ac ablativum, habent absque ullâ mutatione cæteros casus, quos activa habebant.

In II. Regulam.

Cic. 1. *de Inv.* 18. Orestes si accusetur ab aliquo matricidii. *Id. ad Q. Fr. lib.*2.3. Sextius à Cn. Nerio de ambitu est postulatus.

Accusor,	aris,	atus sum,	*esser accusato.*
Damnor,	aris,	atus sum,	*esser condannato.*
Moneor,	eris,	nitus sum,	*esser avvisato.*
Vendor,	eris,	itus sum,	*esser venduto.*

In III. Regulam.

Cic. in Pis. Mihi corona civica debetur à Republicâ. *Ita dices*: A me tibi solvuntur decem nummorum libræ pro mercibus, *da me ti son pagate le merci dieci lire*.

Afferor,	fereris,	allatus sum,	*esser apportato.*
Reddor,	eris,	ditus sum,	*esser reso.*
Solvor,	eris,	lutus, sum,	*esser sborsato, o pagato.*
Trador,	eris,	ditus sum,	*esser consegnato, o dato.*

In IV. Regulam.

Cùm verba hujus Regulę passivè efferuntur, mutant accusativum digniorem, ac ferè animatum in nominativum. Ut, doceo te literas: A me tu doceris literas, *da me ti sono insegnate le lettere. Caes. 1. B. C.* Petrejus, atque Afranius cùm stipendium ab legionibus flagitarentur, *essendo domandata la paga dalle Legioni a Petrejo, e Afranio.*

Celor,	aris,	atus sum,	*esser nascosto.*
Doceor,	eris,	ctus sum,	*esser insegnato.*
Flagitor,	aris,	atus sum,	*esser domandato.*
Rogor,	aris,	atus sum,	*esser pregato.*

In V. Regulam.

Cic. 1. Verr. His tabulis interioris templi parietes vestiebantur. *Id. 4. Acad.* Quibus rebus Volumina sunt impleta à Chrysippo.

Impleor,	eris,	etus sum,	*esser empiuto.*
Oneror,	aris,	atus sum.	*esser caricato.*
Spolior,	aris,	atus sum,	*esser spogliato.*
Vestior,	iris,	itus sum,	*esser vestito.*

In VI. Regulam.

Si Verba sextæ Regulæ passivè convertantur, ut evitetur sermonis ambiguitas, mutabitur ablativus constructionis activæ in dativum, vel idem ablativus construetur cum præpositionibus ex, aut de; & si id fieri nequeat, ablativus, passivus mutabitur in accusativum cum, per. Ut: Aufero libros à te. Ne dixeris, libri auferuntur à me, à te. Sed, libri tibi auferuntur à me. Audio à te: A me auditur ex te. *Liv.* 4. 8. Ab eo ex hostibus receptus esses.

Audior,	iris,	itus sum,	*esser udito.*
Discor,	eris,	sin. præt.	*esser imparato.*
Eripior,	eris,	reptus sum,	*esser tolto.*
Petor,	eris,	itus sum,	*esser domandato.*

DE VERBIS NEUTRIS.
CAP. VI.

VErbum Neutrum est illud, cujus terminatio est vel in O, ut Venio, vel in Um, ut Sum, & ejus composita. Non format ex se passivum, quod habeat omnes personas. Non enim dicitur Venior, iris; sed à verbis in O, solùm in tertiâ persouâ, ut Venio, Venitur, Veutum est. Curro, Curritur, Cursum est.

Neutrorum. Reg. I. P. T. C.

OMnia Verba Neutra, vel absolutè construuntur, vel præter Nominativum convenientem cum verbo, possunt admittere alterum nominativum, qui referatur ad primum, & cum eo congruat genere, numero, & casu. *Cic. Att. l.* 10. 4. Jacet in mœrore meus frater, *Plaut. Merc.* 5. 3. Voluptas est malorum esca. *Id. Rud.* 1. 3. Ego vivo miser.

Ambulo,	as,	avi,	atum,	*passeggiare.*
Dormio,	is,	ivi,	itum,	*dormire.*
Eo,	is,	ivi,	itum,	*andare.*
Erro,	ras,	ravi,	ratum,	*errare, vagare.*
Evado,	is,	si	sum,	*diventare.*
Existo,	is,	extiti,	s. s.	*essere.*
Jaceo,	es,	cui,	s. s.	*giacere.*
Pereo,	is,	ivi,	itum,	*morire.*
Sævio,	is,	ivi,	itum,	*incrudelire. incrudelirsi.*
Sum,	es,	fui,	s. s.	*essere.*
Venio,	is,	veni,	ventum,	*venire.*
Vivo,	is,	xi,	victum,	*vivere.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Verba cujuscumque generis possuut haber alterum nominativum, post se, sive substantivum, sive adjectivum, cùm convenit, ac refertur

tur

tur ad primum, Ut: Viri justi moriuntur læti. Qui non studuerit puer; senex ign[illegible]abit. *Cic. ad Q. Fr. 2. 4.* Ut nos gratissimi judicemur, *Plaut. Amph. 3.1.* Qui interdum fio Juppiter. Ut notatum est suprà.

Huc referuntur verba vocandi passiva, quæ sæpè utrinque nominativo gaudent. Ut, hic homo vocatur Cæsar. *Cic. epist. 1. 9.* Qui tum Optimates nominabantur. *Id. de Nat. lib. 3.* Aristæus olivæ inventor dicitur. *Quint. in proœm.* Ut iidem sapientes, atque eloquentes haberentur.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Sum, pro varia significatione, variis modis construi potest. Cum nominativo, quando significat esse, *essere*.

Cum genitivo, modò possessionem significat. *Cic. 8. ep. 29.* Sum Attici nostri. Modo laudem, vel vituperationem, cujus loco aliquando ponitur ablativus. *Cic. pro Sex:* Nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor. *Ter. Heau. 4. 6.* Bono animo es. Modò significat officium esse, *appartenere*, & tunc jungitur infinito. *Cic. 3. de fin. 87.* Hominis ingenui est benè velle. Quando sumitur pro valet, & ad pretium spectat. *costare, valere, esser in stima*, habet genitivos: tanti, qnanti, &c, ut verba æstimandi. *Cic. 5. Verr.* Frumentum tanti fuit. Et hoc in significatu assumit etiam ablativum, cùm certum pretium exprimitur. *Id. in Verr.* Est tribus sestertiis modius.

Cum dativo significat habere, *avere*. *Cic. de clar.* Jam tum erat honos eloquentiæ. Mihi sunt multæ divitiæ.

Cum duobus dativis afferre denotat *apportare*. *Cic. ep. l. 2. 6.* Ut sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus, exopto. Sic dicitur: Hoc mihi

fuit magnæ molestiæ, *m' apportò molestia.* Hæc res mihi est cordi, *questa cosa mi piace.*

Tandem accusativum, vel ablativum admittit, rectum à variis præpositionibus. Ut, ad rem esse, *essere a proposito.* Apud aliquem esse, *soggiornare.* Esse alicui à poculis, *esser coppiero.* In animo esse, *determinare.* In meis intimis es, *se' nel numero de' miei più cari.* *Cic. Marcell. l.* 15. 10. Est mihi minus cum eo, *gli sono poco amico.*

Neutrorum. Reg. II. P.T.C.

PAuca verba neutra post se genitivum poscunt. *Auct. ad Her. l.* 4. Si virtutis, & artium egebit. *Val. Max. l.* 4. Cùm Asiaticus judicatæ pecuniæ satisdare non posset. *Cic.* 3. *Verr.* Qui redemerit, satisdet damni infecti. *Ter. Heau.* 2. 1. Clinia suarum rerum satagit.

Egeo,	es,	gui,	s. sup.	(*aver bisogno.*
Indigeo,	es,	gui,	s. sup.	(*esser bisognoso.*
Memini,	isti,		s. sup.	*ricordarsi.*
Satago,	is,	s. præt.		*far con ansietà, e diligenza.*

Satisdo, das, dedi, datum, *dar mallevadore, o sicurtà.*

OBSERVATIO I. P.P.C.

Memini, pro Recordor, genitivo, vel accusativo jungitur, *Cic.* 5. *de fin.* Vivorum memini. *Plaut. Causin.* 4. 3. Meminit officium suum. Ita construitur compositum Commemini.

Memini, cùm significat mentionem facio, postulat ablativum cum de, vel genitivum. *Quint. l.* 1. *c.* 2. De quibus multi meminerunt. *Id. ibid.* Hujus rei meminit Poeta.

Egeo, Indigeo etiam ablativo sociantur. *Cic. ad Q. Fr.* 1. 5. Ut aliis indigeres. *Ov. Met. l.* 13. Ingenium est, quod eget moderamine nostro.

OB-

OBSERVATIO II. P. P. C.

Satago, Agellius, usus est cum ablativo, additâ præpositione de. *l.9. c.11.* Instruebanturque, acies à Consulibus, de vi ac multitudine hostium satagentibus.

Genitivus in verbis Satago, & Satisago videtur regi à particulâ componente. *Sat*, *satis*: quare Apulejus *l.8.* Satisagentes rerum suarũ.

Careo, Scateo, Studeo, Erubesco, Fastidio, Desino, Abstineo, Indoleo, cum genitivo, obsoleta constructio est, & Græcorum imitatio.

Neutrorum. Reg. III. P. T. C.

MUlta verba Neutra requirunt dativum personæ, aut rei, ad quam refertur actio, absoluta verbi. *Cic.7.Ver.* Tibi favebo. *Id.* 4. *Catil.* Consulite vobis, prospicite patriæ. *Id. ep. lib.* 1.18. Indulge valetudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis.

Faveo, es, avi, fautum,	*favorire.*
Incommodo, as, avi, atum,	*scomodare, nuocere.*
Indulgeo, es, ulsi, ultum,	*compiacere. condescendere.*
Intercedo, is, ssi, ssum,	*frapporsi.*
Obedio, is, ivi, itum,	*obbedire.*
Occurro, is, rri, ursum,	*incontrare, andare in contro.*
Prospicio, is, spexi, spectum,	*provvedere.*
Satisfacio, is, feci, factum,	*soddisfare.*
Servio, is, ivi, itum,	*servire.*
Studeo, es, dui, s. sup.	*studiare, favorire.*
Succenseo, es, censi, censum,	*addirarsi.*
Supplico, as, avi, atum,	*supplicare.*

Et composita à verbo Sum.

Adsum,	*esser presente.*

 Ob-

Obſum,	*nuocere.*
Profum,	*giovare.*
Superſum,	*ſopravanzare.*
Deſum,	*mancare.*
Præſum,	*governare.*
Interſum,	*ritrovarſi preſente.*

Et multa agnatæ ſignificationis. Ut Conſulo, Provideo, Obtempero, Parco, Noceo, Officio. Vel compoſita à præpoſitionibus: Ad, con, in, inter, ob, præ, ſub. Ut: Adhæreſco, Adjaceo, Conſentio, Conſueſco, Inſiſto, Inſulto, Interdico, Interjaceo, Obſiſto, Obſecundo, Præluceo, Præſideo. Subvenio, Subſcribo, &c.

OBSERVATIO I. P.S.C.

Aliqua verba ſunt hujus Regulæ, cùm habent ſignificationem ferentem dativum: cæteroquin ſpectant ad alias regulas. Hujuſmodi ſunt.

Abſum, es, fui, cum Dat. *mancare*: cum Ablativo, & præpoſitione ab, *ſtar lontano.*

Auſculto, as, avi, atum, cum Dat. *obbedire*, cum Accuſ. *aſcoltare*.

Impono, is, ſui, itum, cum Dat. *gabbare*, cum Acc. *imporre*. Impoſuiſti mihi, *me l'hai fatta*.

Renuncio, as, avi, atum, cum Dat. *ricuſare, rifiutare, ripudiare.* Cum Acc. *dichiarare in uſizio.* Renuncio te Conſulem, *ti dichiaro Conſolo.*

OBSERVATIO II.

Verba exceſſum ſignificantia, vel dativo, vel accuſativo ſociantur; exceſſus verò ablat. ſine præpoſitione exprimitur. *Cic. 2. de Inv.* Qui tum longè cæteris excellere pictoribus exiſtimabatur. *Tac. 2. Hiſt.* Ne honore nullo regium genus, peregrinam ſtirpem antecelleret. *Cic. pro Dom.* Ut mihi præeatis. *Id. in Orat.* Uterque Iſocratem ætate præcurrit.

Ut

Antecedo, is, præcedo, is, ssi, ssum, *andare innanzi*.

Antecello, is, præcello, is, llui, elsum, *avanzare, precedere*.

Anteeo, is, præeo, is, ivi, itum, *andare innanzi*.

Antesto, as, præsto, as, stiti, stitum, *stare innanzi*.

Antevenio, is, prævenio, is, veni, ventum, *venire innanzi*.

Anteverto, is, præverto, is, erti, sum, *anticipare, prevenire*.

Præcurro, is, curri, & cucurri, cursum, *correre innanzi*.

Præmineo, es, nui, sine supino, *esser da più, avanzare*.

Hæc verba passivè inveniuntur, ut ad *Her. l.* 2. Qui his rebus omnibus antecelluntur.

OBSERVATIO III. P. P. C.

Alia verba huc spectantia etiam aliter construuntur. Memoriæ ergo hîc per alphabetum disposita subiiciemus.

Alludo, is, si, sum, *far vezzi*. Alludere alicui, vel ad aliquem.

Attendo, is, di, ntum, *attendere, studiare. Suet. in Calig.* 5. 3. Eloquentiæ plurimùm attendit. Attendo, *star attento, osservare*. Attendo rem, vel animum, aut animum ad rem. *Cic.* 2. *Phil.* Stuporem hominis attendite, *considerate la stupidezza di costui*. *Id.* 3. *Verr.* Aures Judex, animumque attenderet. *Id. contra Rullum*. Attendite animos ad ea, quæ sequuntur.

Benedico, Maledico, is, dixi, ctum, *benedire, maledire*, apud Ecclesiasticos etiam accusativum admittunt.

Commodo, as, avi, atum, item accomodo,

far servizio, dar comodità. Commodo tibi re, vel in re, vel de re. *Cic.* 13. *ep.* 35. Ut omnibus rebus ei commodes, *che gli facci tutti i servizj*, *Id. ibid: ep.* 32. Ut his omnibus in rebus commodes. *Ibid. epist:* 1. Ut ei de habitatione accomodes, *che lo servi d' abitazione*.

Deficio, is, feci, fectum, *mancare*. Hæc res deficit Cæsari, vel Cæsarem.

Detraho, is, axi, actum, *dir male, scemar la fama*. Detraho Cæsari, vel de Cæsare. *Cic.* 6. *Verr.* Ut egomet mihi detraham. *Id. Att.* 11. *epist.* 11. Ille non cessat de nobis detrahere, *non cessa d' infamarci*.

Fido, Confido, is, di, & fisus sum, *fidarsi, confidarsi*. Fido huic rei, vel hac re. *Cic.* 5. *Phil.* Nisi vestræ virtuti confiderem. *Cas.* 2. *B. C.* Scipio affinitate Pompeii confideret.

Immineo, es, nui, / Impendo, es, di, } *soprastare*. } Huic rei, vel in hanc rem. *Cic.* 1. *Catil.* Tempestas invidiæ nobis impendet. *Id.* 1. *Phil.* Hujus mendicitas in fortunas nostras imminebat, *la mendicità di costui aspirava a i nostri beni*.

Incesso, is, ssi, ssui, vel ivi, *sopravvenire, venir paura, volontà, desiderio, &c.* Pro varietate nominativi. Incessit Cæsari, Cæsarem, vel in Cæsarem. *Cas.* 3. *B.C.* Exercitui tantus dolor incessit. *Curt. lib.* 3. Animos militum desperatio incessit, *i Soldati si disperarono*. *Liv. dec.* 3. *lib.* 8. Pestilentia incesserat in Romanos, *la peste era entrata tra i Romani*. Mihi Religio incessit, *mi viene scrupolo, &c.*

Incumbo, is, bui, bitum, *star appoggiato*. Incumbo huic rei, ad hanc, vel in hanc rem.

Incumbo ad, vel, in literas, *attendere a studj*.

Incumbo cogitationi, vel in cogitationem, *pensare*.

Indulgeo habet etiam Accuſativum,ut *Ter. Eun.* 2. 1. Nimis me indulgeo.

Inhio, as, avi, atum, *deſiderare avidamente*, Inhio huic rei,vel rem. *Tac.*4. *An.* Inhiare dominationi, *aſpirare al comando. Plau. Stic.* 4. 2. Homo tuam hæreditatem inhiat.

Inſideo, des, ſedi, ſeſſum, *ſeder ſopra, fermarſi*, huic, & in hoc. *Cic. pro Mil.* Si tibi inſedit iſta ſuſpicio, *ſe ti ſi è fermato in capo queſto ſoſpetto*. *Id. pro Arch.* Inſidet quædam in optimo quoque virtus, *in tutti gli uomini da bene è una certa virtù*.

Inſideo locum, *occupare. Tac.*15.*An.* Corbulo Euphratis ripam inſedit.

Inſiſto, is, ſtiti, *attendere, ſopraſtare*: Inſiſto huic rei, vel hanc rem. *Liv.* 3. 4. Juvenem ſuis veſtigiis inſiſtere vellent, diſciplinæque, *vorrebbero, che il giovane camminaſſe per le lor pedate, e diſciplina*. *Plau. Mil.* 3. 3. Inſiſtite hoc negotium. *Ter. Eun.* 2. 3. Quam inſiſtam viam?

Inſiſtere in aliquâ re, *fermarſi*. Cùm in rebus ſingulis inſiſtas, *fermandoti in ciaſcuna coſa*. Inſiſtis in dolis, *attendi agl' inganni*.

Inſulto, as, avi, atum, *inſultare, sbeffare*. Inſulto Cæſari,Cæſarem,in Cæſarem. *Val.M.* 7.4. Ut victis inſultaret, *che faceſſe inſolenza a vinti*. *Tac.* 4. *An.* Segnitiem juvenis inſultet, *dileggi la dappocaggine*.*Cic.pro Mil.* Quæ illum in Rempublicam inſultare videret.

Invideo, es, di, ſum, *invidiare*. Invideo tibi rem, vel in re. *Virg.* 8. *Æn.* Sed mihi tarda gelu ſęcliſque effœta Senectus invidet Imperium. *Cic. pro Fl.* Purpuram affers Tyriam, in qua tibi invideo.

Invideo cum accuſativo animato græciſmus eſt,& rariſſimus,ut apud *Ovid. ep.Laod.* Troadas invideo.

La-

Lateo,es, tui, s. sup. *esser nascosto*. Hæc res latet mihi, vel me. *Cic.*1. *in Catil.* Nihil agis, quod mihi latere valeat, *non sai cosa, che io non possa sapere. Virg.* 1. *Æn.* Nec latuêre doli fratrem. Sic, me latet, *io non sò*.

Nubo, is, nupsi, vel nupta sum, *maritarsi*. Claudia nubit Cæsari, vel cum Cæsare.

Obstrepo,is,pui,itum,*fare strepito,interrompergridando*. Obstrepo huic rei, & hanc rem.

Occumbo, is, bui, bitum, *morire*. Occumbo mortem, & morti, & morte.

Parco, is, peperci, parsi, sum. Ignosco, is, ovi,otum,*perdonare*. Parco tibi,rarissimè parco,& ignosco tibi peccatum,culpam,&c. *Plau. Bacch.*5 2. Ut ei delicta ignoscas. *Potiùs dicitur.*Remitto,vel Condono tibi peccatum.*Dicitur quoq;* ignosco tibi in hac re. *Cic. de Arusp.* Quòd in tanto sibi scelere ignoverit.

Parco, *astenersi, risparmiare*. *Cic.* 6. *Verr.* Marcellus ædificiis pepercit, *Marcello non toccò le fabbriche*.

Parco à re, *astenersi. Liv.* 3. 5. Ut à cædibus parceretur, *che non s' ammazzasse*.

Subscribo, is, psi, ptum, *approvare, acconsentire*. Subscribo huic rei, & subscribo me huic rei.

Tempero, as, avi, atum, *moderare*. Tempero huic,& tempero tibi, *perdonare.Cic.*3.*Verr.* Te, putet,quisquam,sociis temperasse? *Potrà alcuno credere, che tu abbi perdonato a i compagni?*

Tempero mihi ab hac re, *astenersi*.

Vaco, as, avi, atum, *aver tempo.Ovid. Trist.* 2.1. Non vacat exiguis rebus adesse Jovi, *Giove non ha tempo d'attendere a cose basse.* Vacare huic rei, *attendere. Cic.*1. *de Div.* Philosophiæ semper vaco, *attendo sempre alla Filosofia*.

Dicitur etiam vaco in hanc rem. *Ovid.* 3. 3. *Pont.*

Pont. In nullum mea mens grande vacabat opus.

Vaco hac re, *non avere*, *esser voto*. *Cic.* 7. *epist.* 3. Vacare culpâ, magnum est solatium, *essere innocente è un gran conforto*. Nonnunquam, ab hac re. *Cas.* 3. *B. C.* Quòd ab opere vacabant, *avevano vacanza*. Sic, Schola vacat, *è vacanza*. Vaco à studiis, *ho vacanza*. Mihi non vacat, *non ho tempo*.

OBSERVATIO IV.

Verba certandi, contendendi, & similia apud Poëtas, Græcorum more Dativo copulantur, latinè verò Ablativo, additâ præpositione *cum*. *Catul. Carm. nupt.* Noli pugnare duobus. *Virg. ecl.* 5. Solus tibi certet Amyntas. Latinè, pugnare cum duobus; certare tecum.

Neutrorum. Reg. IV. P. T. C.

MUlta Verba Neutra Accusativum patientem requirunt. Ea verò sunt triplicis generis.

Verba primi generis pertinent ad rem rusticam. *Varr.* 1. *de re rust.* Terram arant agricolæ. *Colum.* 2. 8. Neque vitem, neque arborē putent.

Aro,	as,	avi,	atum,	*arare.*
Colo,	is,	lui,	cultum,	*coltivare.*
Fodio,	is,	di,	fossum,	*zappare.*
Meto,	is,	ssui,	messum,	*mietere.*
Occo,	as,	avi,	atum,	*romper le zolle.*
Rigo,	as,	avi,	atum,	*adacquare.*
Sarrio,	is,	ivi,	itum,	*sarchiare.*
Sero,	is,	sevi,	satum,	*seminare, piantare.*

Et hujusmodi alia, ut Ablaqueo, Planto, Propago, Propagino, Semino, Stercoro, Vanno, Vindemio, &c.

Hac verba verè sunt activa; sed quia non habent Accusativum animatum, nisi figuratè, ideò in passiva personalia non transeunt.

Pro

Pro Secunda Classe.

VErba secundi generis ferè sunt Anomala, & quæ passivè usurpata non inveniuntur: quare absque veterum exemplo passiva fieri non licebit. *Virg. Æn.* 4. Est mollis flamma medullas. *Teren. Phrom.* 5. 8. Tu argentum cedo. Anomala, quæ Accusativum post se habent, sunt: *Volo*, *Malo*, *Nolo*, *Cœpi*, *Novi*, *Odi*, *Cedo*, vox imperativa. *Es*, *Comes*, *Exest*, *Quæso*, ut pag. 72.

Dicitur: Quæso te, & quæso hanc rem à te. *Verba non defectiva, sed passiva non usurpanda.*

Calleo, es, lui, s. s. *Esser pratico. Cic. pro Cornel. Bal.* Neque Pœnorum jura calles.
Edormio, is, ivi, itũ) *digerire dormendo. Cic.* 2. *Ph.*
Edormisco, is, ivi, itum) edormi crapulam.
Horreo, es, rui, s. s.) *temer grandemente.*
Horresco, is, rui, cum compositis)
Abhorreo hunc, vel ab hoc, *abborire.*
Maneo, es, nsi, nsum, *aspettare. Plaut. Merc.* 2. 4 Maneto domi me, *aspettami in casa.*

Oleo, es Redoleo, les, lui, litum, *odorare, vendere odore. Plaut. Asin.* 5. 1. Anima olet myrrham, *il fiato sà di mirra.* Malitiam redolet, *puzza di furbo. Ovid.* 5. *Met.* usus est cum Ablat. Stagna olentia *sulphure.*

Sapio, is, sapivi, vel sapii, s. s. *aver sapore, saper d'una cosa. Plin.* 11. 8. Mella herbam sapiunt. Liber sapit hæresim, *il libro puzza d'Eretico.* Et alia hujus notæ.

Pro Prima Classe.

VErba tertii generis sunt ferè omnia non modò Absoluta, sed etiam Activa, quæ regunt Accusativum rei à se derivatæ, vel etiam significationis sibi similis: qui Accusativus solet quoque Ablativo exprimi. *Horat.* 3. *Od.*

Od. 19. Ludum insolentem ludere. *Plau. Most.* 5. 2. Tali ludo ludere. *Id. Capt.* 2. 3. Servitutem servire huic homini optimo. *Et Mil.* 2. 6. Si non servitute serviat. *Cic.* 8. *ep.* 2. Ut suum gaudium gauderemus. *Plaut. Pers.* 4. 1. Qui hoc gaudio gaudet. *Id. Cas. act.* 1. 1. Lucebis novæ nuptæ facem, *farai lume alla nuova sposa*. Sic dicitur: Annuo nutum; Curro cursum, viam, stadium, &c. eo iter; pugno pugnam; noceo noxam; rideo risum; vivo vitam, diem, annum, &c.

Elegantiùs autem utimur his Accusativis adjectivo copulatis pro adverbio. *Cic. l.* 7. *ep.* 25. Ne rideamus risum sardonicum. *Plaut. Pers.* 1. 1. An sempiternam servitutem serviam? *forse ho da servir sempre?*

Neutrorum. Reg. V. P. T. C.

MUlta verba neutra Ablativo materiæ, vel causæ sine præpositione construuntur. *Cic.* 7. *Verr.* Tui milites frumento caruerunt. *Ad Her.* 4. Fortunæ muneribus abundabis. *Id. pro Marc.* Tuo isto tam excellenti bono gaude. *Cæs. B. G.* 4. Lacte, atque pecore vivunt.

Abundo, as, avi, atum,	*abbondare.*
Careo, es, rui, itum,	*esser privo, star senza.*
Consto, as, stiti, stitum, atum,	*esser composto.*
Doleo, es, lui, litum,	*dolersi.*
Flagro, as, avi, atum,	*ardere.*
Fluo, is, xi, xum,	*scorrere, scaturire.*
Gaudeo, es, visus sum,	*rallegrarsi, star allegro.*
Madeo, es, dui,	*esser bagnato.*
Mœreo, es,	*attristarsi, star malinconico.*
Redundo, as, avi, atum,	*ridondare, soprabbondare.*

Stupeo, es, stupui, s. s. *stupirsi.*
Vivo, vis, vixi, victum, *vivere di qualche cosa.*

Huc referri possunt omnia verba neutra, quæ habent Ablativum communem materiæ, causæ, partis, excessûs, instrumenti, aut modi, ut infra.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Verba, quæ ad copiam spectant, ut: Mano, Sudo, Redundo, Fluo, Affluo, Diffluo, Stillo, Scateo, & similia, non modò construuntur cum Ablativo materiæ, sed etiam eumdem Ablativum possunt mutare in Nominativum, cum quo verba cohæreant. Sic tam aptè dicitur: Simulacrum fluit *sanguine*, quàm *sanguis* fluit de Simulacro. Brachia *sudore* diffluunt: *sudor* diffluit ex brachiis. *Sudano le braccia. Cic. 6. in Verr.* Crux civis Romani sanguine redundavit. *Id. 6. Parad.* Ex meo tenui vectigali aliquid etiam redundabit. *Cic. 1. de Div.* Herculis simulacrum sudore manavit.

Reticetur præpositio à Poëtis. *Virg. ecl. 8.* Pinguia corticibus sudent electra Myricæ.

OBSERVATIO II. P. S. C.

Verbum *Laboro* eleganter accipit Ablativos adjuncti, causæ, & partis, vel cum præpositionibus, è, aut, ex, aut sine his. Ut laboro febri, aut ex febri, *ho la febbre*. Laboro capite, aut ex capite, *mi duole il capo*. Laboro fame, aut ex fame, *ho fame*. Laboro desiderio, vel ex desiderio, *ho desiderio, &c. Cas. B. C. 3.* Laborant re frumentariâ, *hanno penuria di grano. Teren. And. 1. 5.* Laborat è dolore, *sta travagliato dal dolore. Cic. l. 9. 23.* Quòd ex pedibus laborares, *perchè avevi male a' piedi.*

Item Sto, stas, steti, statum, *stare all'accordo,*

a i patti, &c. huc ſpectat. *Cic.* 3. *Off.* Non ſtetit ſuo judicio. *Id. pro Clu.* Cenſoris opinione ſtandum non putavit, *non giudico di dover ſtare al giudizio del Cenſore*.

Sto à te, *ſono dalla tua*. *Cic. de Cl.* Nemo à bonorum causâ ſtetit conſtantiùs.

OBSERVATIO III. P. P. C.

Mano, Roro, Stillo, & Sudo, rarò Accuſativum habent loco Ablativi. *Ovid.* 6. *Met.* Lacrymas etiam nunc marmora manant. *Virg. ecl.* 4. Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. *Plin. lib.* 17. *cap.* 10. Si roraverit quantulumcumque imbrem.

OBSERVATIO IV.

Aliqua verba hujus Regulæ variè conſtruuntur. Nam dicimus: Gaudeo, Mœreo, & Doleo, tuâ valetudine, vel tuam valetudinem. *Cic. lib.* 8. *epiſt.* 14. Nunc furit tam gaviſos homines ſuum dolorem. *Id.* 1. *Tuſc.* Cum graviter filii mortem mœreret. *Id. pro Sex. Roſc.* Qui meum caſum, luctumque doluerunt.

Dicimus etiam Gaudeo de hac re. *Cic.* 2. *de Inv.* De populi Romani victoriâ non gauderet.

Doleo de hac re, ex hac re, ab hac re, & in hac re. *Cic. Att.* 12. 2. De Atticæ febriculâ valde dolui. *Caſ.* 1. *B. G.* Quo graviùs homines ex commutatione rerum doleant. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. *Cic.* 7. *Verr.* Doleo in tanta calamitate.

Prætereà dicitur: Hæc res dolet mihi, *queſto mi duole, e mi diſpiace*. *Plaut. Amph.* 3. 2. Ego illud ſcio quàm doluerit cordi meo. Qua conſtructione frequenter utimur, cùm de corporis partibus loquimur. Ut: dolet mihi caput; oculi tibi dolent, &c.

Stupeo, & Obſtupeſco hac re, hanc rem, in hac

hac re. *Virg.* 2. *Æn.* Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ. *Horat. lib.* 1. *ſat.* 6. Qui ſtupet in titulis.

OBSERVATIO V.

Cano, Sono, & Ludo, inſtrumenta exprimunt Ablativo. Ut, ſono, vel cano tuba. *Suono la tromba*. Lyra, vel fidibus, *il violino*.

Ludo pila, *giuoco alla palla*. Foliis luſoriis, *alle carte*. Talis, *a i dadi*, *&c.* Genus tamen ludi Accuſativo ſolet exprimi. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 3. Ludere par impar, *giuocare a pari, ò caffo*. *Svet. in Ner.* 30. Quadringentis in punctum ſeſtertiis aleam luſit, *giuocò a' giuochi di fortuna dieci ſcudi il punto*.

Neutrorum. Reg. V. P. T. C.

PAuca Verba neutra, quæ paſſivam ſignificationem habent, Paſſivorum conſtructionem imitantur. *Cic.* 1. *de Div.* Fiunt conjecturæ à peritis. *Ad Her. lib.* 4. Hic veniit à te.

Fio, is, factus ſum, *eſſer fatto.*
Ita compoſita: Calefio, Frigefio, Tepefio, &c.
Veneo, is, venivi, vel venii, *eſſer venduto.*
Vapulo, as, avi, atum, *eſſer battuto.*

OBSERVATIO I. P. P. C.

More paſſivorum conſtruuntur aliquando hæc verba, præcipuè à Poëtis.

Cado, is, cecidi, caſum,
Intereo, is, ivi, itum,
Occido, is, occidi, caſum,
Pereo, is, ivi, itum,
} *Eſſere ammazzato, ò diſtrutto.*

Ovid. epiſt. Deja. Torqueor, infeſto ne vir ab hoſte cadat. *Id.* 13. *Met.* Occidit à forti (ſic Dî voluiſtis) Achille. *Cic.* 1. *Acad.* A quo ratio intereat.

Salve ab amicis, *ſii ſalutato dagli amici, ò da parte degli amici*. *Cic. Att.* 6. 2. Salvebis à meo Cicerone.

Exu-

Exulo, non eſt cur huc reponatur. Non enim paſſivè ſignificat, cùm non denotet in exilium pelli, ſed exulem à patriâ abire, vel abeſſe, *andar bandito, ſtare in bando*.

OBSERVATIO II.

Verba diſcrepandi admittunt Ablativum cum præpoſitione, à, ab, vel cum; rarò Dativum. *Cic. Q. Fr.* 3. 8. Nihil à noſtrâ opinione diſſentitis. *Plin. l.* 37. *c.* 4. Adamas diffidet cum magnete lapide. *Colum.* 3. 3. Ego plurimorum opinioni diſſentiens.

Dicitur etiam: Ego, & Cæſar diſſentimus; inter nos differimus; hi de re unâ ſolùm diſſident. Vel etiam: hoc differt, intereſt, diſcrepat inter me, & Cæſarem, *paſſa queſta differenza fra me, e Ceſare*.

DE VERBORUM COMMUNIUM CONSTRUCTIONE CAP. VII.

VErbum commune eſt quod deſinit in Or, ſed habet ſignificationem activam, & paſſivam.

Communium Verborum. *Reg. Unica P. T. C.*

OMnia Verba Communia, ſi habeant ſignificationem activam, activorum more conſtruuntur: ut, Magiſter hortatur diſcipulos. Si verò ſignificationem paſſivam habeant, paſſivorum ſtructuram ſequuntur: ut, Diſcipuli hortantur à Magiſtro.

Aſpernor, aris, atus ſum, *diſprezzare, ed eſſer diſprezzato*.

Comitor, aris, atus ſum, *accompagnare, ed eſſere accompagnato*.

Depopulor, aris, atus ſum, *ſaccheggiare, ed eſſer ſaccheggiato*.

Fa-

Fabricor, aris, atus sum, *fabbricare, ed esser fabbricato.*

Hortor, aris, atum sum, *esortare, ed essere esortato.*

Impertior, iris, itus sum, *fare, ed esser fatto partecipe.*

OBSERVATIO P. S. C.

Plura alia Verba inveniuntur passivè usurpata, quæ tamen passivè usurpanda non sunt sine aliquo delectu, & veterum exemplo; præcipuè in temporibus præsentibus, & imperfectis. Nos secundum Verborum seriem nonnulla apponemus exempla passivè usurpata.

Abominor, aris, atus sum, *abominare. Verrius Flac. apud Prisc.* Sævitia abominaretur ab omnibus.

Adipiscor, eris, eptus sum, *conseguire. Cic. in Catone.* Senectutem omnes accusant adeptam.

Aggredior, eris, essus sum, *assalire. Just. lib. 7.* Facillimis quibusque aggressis.

Amplector, eris, exus sum, *abbracciare. Lucil. ex fragm. satyr.* Non sinam me amplectier.

Arbitror, aris, atus sum, *giudicare. Gell. 1. cap. 13.* Arbitrata quæstio.

Architector, aris, atus sum, *fabbricare. Nepos apud Prisc.* Ædes architectata ab Hermodoro.

Affector, aris, atus sum, *accompagnare. Eun.* Affectari se omnes cupiunt.

Commentor, aris, atus sum, *inventare. Q. Cic. ad Tiron. l. 6. ep. 26.* Commentata oratione.

Comminiscor, eris, entus sum, *fingere. Ovid. 6. Met.* Commentaque funera narrat.

Complector, eris, xus sum, *abbracciare. Cic. pro Sex. Rosc.* Quo maleficio scelera omnia complexa esse videantur.

Con-

Confiteor, eris, fessus sum, *confessare. Cic. 5. Ver.* Confessa res.

Consolor, aris, atus sum, *consolare. Just. l.22.* Consolatis militibus naves incendi jubet.

Criminor, aris, atus sum, *incolpare. Cic. contra Rull.* Criminor defendere res Syllanas.

Deprecor, aris, atus sum, *rimuovere con preghiere, impetrare. Just. lib. 8.* Deprecati belli promissio.

Detestor, aris, atus sum, *detestare. Hor. l. 1. od. 1.* Bellaque matribus detestata.

Despicor, aris, atus sum, *disprezzare. Ter. Eun. act. 2. 3.* Adolescentiam habent despicatã.

Dignor, aris, atus sum, *riputar degno. Cic. 2. Inv.* Observantia est, per quam homines honore dignantur.

Execror, aris, atus sum, *maledire. Cat. 4. Orig.* Exules lege publica execrati.

Interpretor, aris, atus sum, *dichiarare. Cic. lib. 2. de leg.* Quod idem græcum interpretatum nomen tenemus.

Metior, iris, ensus sum, *misurare. Cic. 2. de Nat.* Spatia mensa.

Mentior, iris, itus sum, *mentire. Maro. 2. Æn.* Mentita tela.

Mereor, eris, itus sum, *meritare. Plin. 7. cap. 28.* Quæ Cannis corona merita?

Meditor, aris, atus sum, *meditare. Ter. Phor. 2. 1.* Meditata mihi sunt incommoda.

Obliviscor, eris, itus sum, *scordarsi. Virg Buc. ecl. 9.* Oblita mihi tot carmina.

Paciscor, eris, pactus sum, *pattuire. Hor. lib. 3. od. 3.* Mercede pacta.

Percontor, aris, atus sum, *domandare. Apul. lib. 1. Metam.* Percontatum pretium.

Polliceor, eris, itus sum, *promettere. Ovid. 1. de Art.* Polliciti tori.

Te-

Testor, aris, atus sum, *testificare*. *Cic. pro Mur.* Litteris testata sunt omnia.

Tueor, eris, itus sum, *difendere*. *Var de re rust. l. 3. c. 1.* In bello ab his tuebatur.

Veneror, aris, atus sum, *riverire*. *Virg. 3. Æn.* Venerata Sacerdos.

DE VERBORUM DEPONENTIUM CONSTRUCTIONE. CAP. VIII.

VErbum Deponens est, quod desinit in Or; activam tamen, aut neutram significationem habet. Appellatur Deponens, quia deposuit significationem passivam, quam olim habuit.

Quia duplici modo significat, duplex est: Aliud activæ, aliud neutrius significationis.

Verbum Deponens activæ significationis est, quod habet actionem transeuntem in aliud. Ut, Imitor, Sequor.

Neutrius significationis, quod habet actionē in aliud non transeuntem. Ut, Nascor, Morior.

Deponentium activæ significationis.

Reg. I. P. T. C.

OMnia Verba Deponentia activæ significationis Accusativum patientem postulant, ut Prima activorum, *Cic. 4. Catil.* Spes sola hominem in miseriis consolatur. *Id. Off. l. 1.* Multa passus est Ulysses in illo diuturno errore. *Id. l. 4. ep. 2.* Qui auctoritatem, & consilium tuum non sunt secuti, suâ stultitiâ perierunt.

Adorior,	iris,	adortus sum,	*assalire.*
Assequor,	eris,	secutus sum,	*arrivare, conseguire.*
Conspicor,	aris,	atus sum,	*veder lontano.*
Demolior,	iris,	itus sum,	*rovinare.*

Exor-

Exordior, iris, itus sum, *incominciare.*
Intueor, eris, itus sum, *rimirare.*
Patior, eris, passus sum, *patire.*
Sequor, eris, secutus sum, *seguitare.* Et alia.

Verbis sequentibus attendant Tirones, ne vernaculæ linguæ idiotismo decipiantur.

Alloquor, eris, cutus sum, Affaris, vel affare, fatus sum, *ragionare, abboccarsi con uno.*
Demereor, eris, ritus sum, *obbligarsi con uno.*
Lamentor, aris, atus sum, *lamentarsi.*
Miseror, aris, atus sum, *aver misericordia, compassionare.*
Miror, aris, atus sum, *maravigliarsi.* ita Admiror.
Moror, aris, atus sum, *aspettare, curarsi.*

Plaut. Aul. 2. 1. Purpuram nihil moror, *non mi curo della porpora.*

Ulciscor, eris, ultus sum, *vendicarsi.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Miror, Admiror, Queror, Conqueror, Profiteor, & Testor, mutant Accusativum in Ablativum cum de. *Cic. Att.* 7. 2. De illo altero minùs sum admiratus. *Id. Ver.* 2. Quomodò illam labem, ignominiam, calamitatemque totius ordinis conquerar? *Id.* 1. *Acad.* Democritus nihil excepit, de quo non profiteretur.

Aggredior, *pro* Exordior, *cominciare*, etiam Accusativo cum præpositione ad, sociatur. *Cic.* 2. *de Nat.* Aggredior ad hanc disputationē.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Mereor, eris, & etiam Mereo, es, cum adverbiis Benè, Malè, Optimè, & Ablativo cum de,

 signi-

significant: *portarsi bene, o male con uno; far bene, o male*. *Cic.* 5. *Ver.* Cùm de Siculis malè mereretur. *Id. Att.* 10. 4. Cogito me de Republicâ meruisse optimè, *penso d'essermi portato benissimo colla Repubblica*.

Reg. II. P. T. C.

QUædam Verba Deponentia activæ significationis præter Accusativum patientem admittunt illos Genivos Criminis, vel pretii, similemque constructionem, quam in secundâ Activorum retulimus. Ut, Criminor te furti, vel de furto. Liceor rem plurimi. Mercor minimi.

Calumnior, aris, atus sum,	*calunniare.*
Criminor, aris, atus sum,	*incolpare.*
Liceor, eris, itus sum,	*stimare, offerire all' incanto.*
Licitor, aris, atus sum,	*mettere il prezzo.*
Mercor, aris, atus sum, / Nundinor, aris, atus sum,	*comprar al mercato.*

Reg. III. P. T. C.

MUlta Verba Deponentia activæ significationis reposcunt Accusativum cum Dativo, ut Tertia Activorum. *Cic.* 13. *Phil.* Hostis omnibus bonis cruces, ac tormenta minitatur. *Id. de Arusp.* Utrisque eorum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem.

Fœneror, aris, atus sum,	*dare a usura.*
Impertior, iris, itus sum,	*partecipare, far parte.*
Imprecor, aris, atus sum,	*pregar male.*
Inficior, aris, atus sum,	*negare.*
Largior, iris, itus sum,	*donar largamẽte*
Minor, aris, atus sum, / Minitor, aris, atus sum,	*minacciare.*
Polliceor, eris, itus sum,	*promettere.*

OB-

OBSERVATIO I. P. S. C.

Verba *Furor*, & *Fateor* etiam aliter conſtruuntur. Nam dicimus: Furor tibi, vel à te librum.

Fateor, & Confiteor rem, vel de re alicui. *Cic. 2. Nat.* Sapiens peccatum ſuum confiteri maluit. *Id. 2. Philip.* Cum nefarii de parricidio confiterentur. *Sic* Confeſſum ſum bono illi Sacerdoti, *mi ſon confeſſato da quel buon Sacerdote.* Intellige, *peccata.*

OBSERVATIO II.

Gratulor, aris, atus ſum, *congratularſi, rallegrarſi*, ita conſtructione variatur. Gratulor tibi rem, re, de re, in re. *Cic. 2. Phil.* Brutus Ciceroni libertatem eſt gratulatus, *Bruto ſi rallegrò con Cicerone della libertà. Id. Att. 5. 20.* Mihi gratulatus es illius diei celebritate. *Ibid. 4. 1.* Ut tibi de reditu gratularer. *Pro Plan.* Tibi in hoc gratulor.

Loquor, eris, utus ſum, *parlare, dire.* Loquor tibi, vel tecum rem, & loquor de aliquâ re. *Plaut. Menec. 5. 9.* Adoleſcens, loquere mihi tuum nomen, *Giovine, dimmi il tuo nome. Cic. Att. 7. 5.* Mecum nihil de Luſcinio locutus eſt.

Regula IV. P. T. C.

PAuca Verba Deponentia activæ ſignificationis duos Accuſativos recipiunt, ut Quarta Activorum. *Cic. 1. de Nat. Deor.* Quid precamur Deos? *Horat. lib. 1. epiſt. ult.* Si quis forte meum te percontabitur ævum.

Precor, aris, atus ſum,	*pregare.*
Deprecor, aris, atus ſum,	*pregare inſtantemente.*
Percontor, aris, atus ſum,	*domandare per ſapere.*

 Et

Et alia ſimilia Verba rogandi, quæ meliùs ad Sextam Regulam referuntur.

Regula V. P. T. C.

QUædam Verba Deponentia activæ ſignificationis præter Accuſativum patientem habent Ablativum adjuncti, aut alius circumſtantiæ, ſine præpoſitione, veluti Quinta Activorum. *Tac.* 4. *Ann.* Quos non ſermone, non viſu dignatus erat. *Cic.* 3. *epiſt.* 9. Conſiderandum eſt, quonam te remunerer genere.

Dignor, aris, atus ſum,	*riputare degno.*
Muneror, aris, atùs ſum,	*donare, regalare.*
Remuneror, aris, atus ſum,	*rimunerare, ricompenſare.*
Proſequor, eris, cutus ſum,	*accompagnare.*

OBSERVATIO I. P. P C.

Proſequor, variè ſignificat pro varietate Ablativi, qui illi adjungitur. Proſequor te honore, *t'onoro*; amore, *t' amo*; miſericordiâ, *ti compaſſiono*; lacrymis, *ti piango, &c. Cic.* 15. *epiſt.* 21. Reliquum eſt, ut tuam profectionem amore proſequar. *Id.* 10. *Phil.* Populus Romanus maximo clamore, & plauſu Bruti memoriam proſequebatur, *acclamava, ed applaudiva la memoria di Bruto.*

OBSERVATIO II.

Inveniuntur etiam Munero, & Remunero cum iiſdem caſibus. *Cic pro Dejot.* Quibus te Rex munerare conſtituerat. *Id. in Sen.* Quibus officiis T. Annii beneficia remunerabo?

Muneror cum Dativo perſonæ, & Accuſativo rei, rariſſima conſtructio eſt. Uſitatiùs igitur dices: Muneror Cæſarem multis, *quàm* Cæſari multa, *fo molti donativi a Ceſare.*

Re-

Regula VI. P. T. C.

ALiqua Verba Deponentia activæ significationis præter Accusativum patientem, Ablativum amant, cum à, vel ab, juxta structuram Sextæ Activorum. *Saluſt. in Cat.* Neque urbem ab insidiis tueri poterat. *Cic. 3. de Nat.* A quibus bona precamur.

Auſpicor, aris, atus ſum,	*cominciare con buono augurio.*
Conſequor, eris, ſecutus ſum,	*conſeguire.*
Mercor, aris, atus ſum,	*comprar al mercato.*
Mutuor, aris, atus ſum,	*pigliare in preſtito.*
Precor, aris, atus ſum,	*pregare.* cum compoſitis.
Percontor, aris, atus ſum,	*domandare per ſapere.*
Sciſcitor, aris, atus ſum,	*interrogare.*
Tueor, eris, itus ſum,	*difendere.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Percontor, etiam ſic variat ſuos caſus. Percontor Cæſarem hanc rem, ut dictum eſt in Quartâ; Cæſarem de hac re; & rem à, vel ex Cæſare. *Liv.* 4. 10. Percontatus regionis peritos de aſcenſu Hemi. *Cic. 1. de Div.* Solebat me Dejotarus percontari noſtri augurii diſciplinam. *Mi ſoleva interrogare della ſcienza del noſtro augurio.*

Scitor, & Sciſcitor ſic etiam conſtruuntur. Sciſcitor rem, vel re, à, vel, ex Cæſare. *Plaut. Capt.* 2. 2. Quæ ex te ſcitari volo. *Cic. Att.* 9. 18. De Domitio ſciſcitare, ubi ſit.

DE VERBIS DEPONENTIBUS NEUTRIUS SIGNIFICATIONIS. *Reg. I. P. T. C.*

VErba Deponentia neutrius ſignificationis, vel abſolutè ponuntur, vel duos Nominativos habent, ut Prima Neutrorum. *Cic. Att.* Nunquam veſtrorum beneficiorum memoria morietur. *Id. de Seneƈt.* Adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam.

Epulor, aris, atus ſum,	*banchettare.*
Ingredior, eris, greſſus ſum	*entrare.*
Labor, eris, lapſus ſum,	*ſdrucciolare.*
Morior, eris, mortuus ſum,	*morire.*
Naſcor, eris, natus ſum,	*naſcere.*
Orior, eris, ortus ſum,	*naſcere.*
Otior, aris, atus ſum,	*ſtar ozioſo.*
Proficiſcor, eris, fectus ſum,	*partire.*

Regula II. P. T. C.

PAuca Verba Deponentia neutrius ſignificationis cum Genitivo conſtruuntur, ut Secunda Neutrorum. *Cic. pro Flac.* Miſeremini patris. *Caſ. 1. B. G.* Reminiſceretur priſtinæ virtutis. *Ad Her. 4.* Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ.

Miſereor, eris, ertus ſum,	*aver miſericordia.*
Obliviſcor, eris, oblitus ſum,	*ſcordarſi, dimenticarſi.*
Potior, iris, itus ſum,	*impadronirſi.*
Recordor, aris, atus ſum,	*ricordarſi.*
Reminiſcor, eris,	*rammentarſi.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Obliviſcor, Recordor, Reminiſcor, Accuſativum quoque recipiunt loco Genitivi. *Cic. pro Mil.* Homines res præclariſſimas obliviſcuntur. *Id. pro leg. Agr. 2.* Eſt operæ pretium diligentiam majorum recordari. *Id. 4. epiſt. 5.* Ea potiùs reminiſcere.

In-

Invenitur etiam Recordor cum Ablativo recto à præpositione de. *Cic. pro Planc.* Quoniam de istis vestris lacrymis recordor.

Misereor cum Dativo frequentiùs apud Ecclesiasticos invenies, quàm apud classicos Scriptores.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Potior, indifferenter habet post se Genitivum, vel Ablativum, ut veterum exempla ostendunt Pro *Frui*, admittit potiùs Ablativum. *Rerum* tamen, & *Hostium* nomina frequentiùs Genitivo ponuntur. *Val. Max.* 7. 3. Is regno potietur. *Cic.* 3. *Off.* Castrorum erant potiti Pœni. Habet Potior, & Accusativum per Archaismum. *Ter. Adel.* 5. 4. *v.* 17. *Plaut. Asin.* 2. 2. 58.

Potiri hostium, non modo significat obtinere, & debellare hostes; sed contrarium quoque: nempe devenire in potestatem hostium, & capi ab hostibus. *Plaut. Epid.* 4. 1. Filiam eductam perdidi. Hostium est potita. *Papin. de Captiv. ex Pandectis Florent. lib.* 31. *Quæst. Leg.* 11. Filius exinde sui juris videtur fuisse, ex quo pater hostium potitus est, *da che il padre fu fatto prigione da' nemici*.

Regula III. P. T. C.

MUlta Verba Deponentia neutrius significationis Dativum poscunt, non aliter, ac Tertia Neutrorum. *Ad Her.* 4 Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt. *Cic. pro Syll.* Tibi non irascor.

Assentor, aris, atus sum.	*adulare, lusingare.*
Auxilior, aris, atus sum,	*ajutare, soccorrere.*

 Blan-

Blanditor, iris, itus sum,	*accarezzare.*
Famulor, aris, atus sum,	*servire.*
Gratificor, aris, atus sum,	*far cosa grata.*
Insidior, aris, atus sum,	*insidiare.*
Irascor, eris, ratus sum,	*addirarsi, sdegnarsi.*
Morigeror, aris, atus sum,	*obbedire, compiacere.*
Obsequor, eris, secutus sum,	*fare a modo d' uno.*
Patrocinor, aris, atus sum,	*difender in giudizio.*
Refragor, aris, atus sum,	*disfavorire.*
Suffragor, aris, atus sum,	*favorire, dare il voto in favore.*

Et multa alia. Ut Adversor, Adstipulor, Assentior, Ancillor, Operor, Opitulor, Illacrymor, Velificor.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Verba: *Adulor*, *Medicor*, *Medeor*, *Moderor*, *Palpor*, & *Praestolor*, pro dativo, aliquando accusativum asciscunt. *Val. Max.* 3.3. Cujus clementiam non adulatus Mutius. *Caes.* 2. *B.C.* Hujus adventum Cæsar præstolatur.

Reperitur etiam *Adulo*, *as*, activè. *Val. Max. l.* 4. *c.* 3. Si Dionysium adulare velles, ista non esses. Imò, inquit, si tu ista esse velles, Dionysium non adulares. Sic. *Lucr.* 1. 5. *de canibus*. Longè alio pacto gannitu vocis adulant. *Columel. l.* 7. *c.* 12. *de canibus*. Illi quoque furem adulant.

Æmulor, aris, cum dativo invidere denotat, cum accusativo imitari. *Cic.* 1. *Tusc.* Quod his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus. *Ter. And. Prol.* Quorum æmulari exoptat negligentiam potiùs, quàm istorum obscuram diligentiam.

In-

Innitor, eris, xus sum, *appoggiarsi*, ita variatur. Innitor huic rei, in hac re, hac re, & in hanc rem. *Ovid*. 8. *Met*. Stivæque innixus arator. *Cic. de Arusp*. Innixa in humeris. *Liv*. 1. 4. Is hastâ innixus. *Plin*. 7. 53. In Fratrem innixus.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Dominor, aris, atus sum, *dominare, signoreggiare*. Si referatur ad personam, habet accusativum, vel ablativum cum præpositione in. *Curt. l*. 8. In mancipia dominaris. *Cic*. 1. *de Orat*. Quod unum in Oratore dominatur.

Si referatur ad locum, requirit ablativum cum in. *Salust. in Catil*. Fortuna in omni re dominatur. Ovidius tamen 1. *Met*. ait. Dominari in cætera.

Ecclesiastici utuntur hoc verbo cum dativo, nonnunquam cum genitivo, Græcorum more. *Juvencus hist. Evang. l*. 4. Dominantur eorum.

Regula Ultima. *P. T. C.*

QUædam Verba deponentja neutrius significationis ablativum materiæ, vel causæ requirunt sine præpositione, veluti Quinta Neutrorum. *Ad Her*. 4. Iste Reipublicæ calamitate lætatur. *Id*. 2. *de Nat*. Dii nec escis, nec potionibus vescuntur. *Id*. 1. *de Nat*. Utatur suis bonis, oportet, & fruatur.

Delector,	aris,	atus	sum,	*dilettarsi.*
Fruor,	eris,	itus	sum,	*godere.*
Glorior,	aris,	atus	sum,	*gloriarsi, vantarsi.*
Lætor,	aris,	atus	sum,	*rallegrarsi.*
Oblector,	aris,	atus	sum,	*pigliarsi piacere.*
Vescor,	eris,	sin.	sup.	*cibarsi.*
Utor,	eris,	usus	sum,	*servirsi.*
Abutor,	eris,	usus	sum,	*servirsi male.*

OBSERVATIO I. P.S.C.

Fungor, Defungor, Perfungor, pro varietate ablativorum, eleganter significationem variant: ut, Fungor munere meo, *fo il mio ufizio*. Defunctus est vitâ, *ha finita la vita, è morto*. Perfunctus sum honoribus, *ho avuto cariche onorate*. Periculis, *son uscito de' pericoli*. Laboribus, *mi son liberato da' travagli, &c. Cic. pro Lig.* Perfuncta est Respublica hoc bello, *è uscita di questa guerra.* Reperitur etiam Fungor cum accusativo per Archaismum, ut *Ter. Heau.* 3. 3. *Adel.* 3. 5. *Phorm.* 1. 5.

Periclitor cum accusativo experiri significat, *far pruova. Plau. Amph.* 3. 2. Periclitatus fui animum tuum. Cum ablativo, in periculo esse denotat. Ut: Periclitari capite, *star in pericolo della vita*. Famâ, *della riputazione*, *Apul* 6. Qui vulnere tuo periclitatur. Etiam additâ prępositione de. *Suet. in Tib.* Ne de summâ imperii sui populus Romanus periclitetur.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Lætor, & Glorior, reperiuntur etiam cum ablativo, additâ præpositione in, vel de. *Cic. ad Att.* 14. 16. In quo magnoperè lætemur. *Pro Marc.* Lætari de communi salute. 1. *Off.* Nobis licet in hoc gloriari. *Pro Dom.* De gestis rebus gloriari. Aliquando etiam reperitur Lætor cum genitivo. *Virg.* 11. *Æn.* Lætari malorum.

Nitor ita variatur. Nitor hac re, in hac re, in hanc rem, ad hanc rem. *Cic.* 4. *Ver.* Quorum splendore oratio nitatur. *In Somn. Scip.* Tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus. *Virg.* 12. *Æn.* Nixus in hastam. *Cic. de senect.* Animus ad immortalem gloriam nititur.

Delector, licet huc reponatur à Grammaticis

est

eſt verbum paſſivum à Delecto: ſicut Oblector ab Oblecto.

Fruor, Fungor, Glorior, Lætor, Potior, Veſcor, Utor, Abutor, cum accuſativo ne uſurpaveris, licet apud Auctores quandoque inveniantur.

OBSERVATIO.

Nullum Verbum Deponens, præcipuè neutrius ſignificationis, paſſivè conſtrui licet. Quamobrem quotieſcumque vernaculo ſermone, paſſivum aliquod efferetur, convertendum erit in activam ſtructuram. Ideo ne dixeris: Virtus ſequitur à Bonis. Infantibus blanditur à Matribus. La virtù è ſeguitata da' buoni. I bambini ſono accarezzati dalle Madri. *Sed converſim: Boni ſequuntur virtutem: Matres blandiuntur infantibus.*

Deponentia activæ ſignificationis, quæ paſſivè uſurpata inveniuntur, & quibus temporibus; relata ſunt in Communium ſerie; nec ea quidem crebrò paſſivè efferenda.

DE VERBORUM IMPERSONALIUM CONSTRUCTIONE. CAP. IX.

VErbum Imperſonale eſt, quod habet tantummodò tertiam perſonam ſingularem, ſive pluralem, prout ſententia, & ſermonis ratio poſtulat. Et duplex eſt: aliud activæ vocis, quod deſinit in T: aliud paſſivæ, quod deſinit in Tur, ut: Pudet, Studetur, Itur.

Imperſonalium Activæ Vocis. Reg. I. P. T. C.

MUlta Verba Imperſonalia ferè in tertiâ perſonâ ſingularis numeri ſine ullo caſu

usurpantur. *Cic. pro Sext.* Nondum lucebat. *Caes. 1. B. C.* Ubi illuxit. *Plin.* 18. *c.* 35. Cum vehementiùs tonuit, quàm fulsit.

Fulget,	ebat,	fulsit,	*balenare, lampeggiare.*
Fulminat,	abat,	avit,	*fulminare.*
Grandinat,	abat,	avit,	*grandinare.*
Hyemat,	abat,	avit,	*farsi verno, far freddo.*
Lucet,	ebat,	uxit,	*farsi giorno.*
Noctescit,	ebat,	S. P.	*farsi notte.*
Ningit,	ebat,	ninxit,	*nevicare.*
Nubilat,	abat,	avit,	*annuvolarsi.*
Pluit,	ebat,	pluit,	*piovere.*
Tonat,	abat,	nuit,	*tonare.*

Et alia his similia. Ut: Advesperascit, Contenebrat, Differenat, Fulgurat, Gelat, Illucet, Lapidat, Lucescit, Rorat, &c.

OBSERVATIO I. P. S. C.

In his verbis pro nominativo intelligitur Deus, Cœlum, Aër, Nix, Lux, Pluvia, &c. ut dictum est supra p. 158. imò etiam nominativus additur. *Plin. in Praef.* Fulgurat vis eloquentiae. *Plaut. Paen.* 1. 2. Postquam illuxit aurora. *Mart.* 9. 20. Sic tonat ille Deus. *Liv.* 3. *lib.* 7. *cap.* 21. *dixit:* De Cœlo lapidaverat, *erano piovuti sassi dal Cielo.*

OBSERVATIO II. P. P. C.

Possunt etiam haec Verba habere varios casus, ut patet in his exemplis: *Prop.* 2. 15. Niobe lacrymas depluit. *Plau. Most.* 1. 3. Quam (*tempestatem*) mihi amor in pectus perpluit. *Pli* 17. 10. Si roraverit imbrem. *Lucret. lib.* 2. Ninguntque rosarum floribus. *Liv.* 3. 10. In palatio lapidibus pluit.

In-

Inveniuntur hæc verba non rarò personaliter constructa. *Ov.9. Met.* Lacrymæ irrorant. *Plin. in praf.* Patris laudes tonas. *Plau. Amph.* 1.3. Ut mortalibus illucescas luce clarâ. *Mart.* 9. 70. Murmure jam sævo, verberibusque tonas.

Regula II. P. T. C.

PAuca Verba Impersonalia pro nominativo sæpè habent infinitum, vel partem orationis: post se verò genitivum. *Cic. Att.* 10.4. Quid illius interest, ubi sis? *Quint.* 9. 4. Plurimùm refert compositionis. *Suet. in Tib.* 33. Rescripsit, boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere.

Est,	erat,	fuit,	*essere ufizio, appartenere.*
Interest,	erat,	interfuit,	*importare, appartenere.*
Refert,	ebat,	retulit,	

OBSERVATIO I. P. S. C.

Est, erat, recipit, meum, tuum, suum, nostrum, vestrum. Nam intelligitur officium, vel munus, quod sæpè exprimitur. *Cic. Att.* 12. 27. Fuit meum Rempublicam regere. *Ter. And.* 1.1. Nunc tuum est officium, has benè, ut assimules nuptias.

Interest, & refert pro genitivis mei, tui, sui, nostri, vestri, habent ablativos: meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ, & cujâ, vel potiùs cujus. *Cic. Att. lib.* 3. 19. Non quo meâ interesset loci natura. *Id.* 1. *de Div.* Neque nostrâ interest scire ea.

Eadem Verba Interest, & Refert, sibi adjungunt hos genitivos: Magni, parvi, tanti, quanti, pluris; vel etiam pro ipsis: Tantum, quantum, plus, magis. *Cic. Att.* 11. 25. Illud meâ magni interest. *Plau. Rud.* 4. 3. Nihilò pluris

tuâ hoc, quàm quanti illud refert meâ. Cætera Adverbia non mutantur: ideò dices. Multum intereſt, refert plurimùm, magnoperè, quantoperè, infinitum, &c.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Intereſt, & Refert nonnunquam habent accuſativum cum ad: præſertim ſi ſit rei inanimatæ; nam accuſativus perſonæ rarus eſt. *Cic. lib.* 5. 12. Ad meam properationem quiddam intereſt. *Plau. Perſ.* 4. 3. Quid id ad me, aut ad rem meam refert.

Dicitur: Intereſt, Refert tuâ Judicis, vel, qui ex judex; vel tuâ, o judex, *appartiene a te Giudice*. Refert meâ Magiſtri, vel, qui ſum Magiſter. Meâ docentis, vel qui doceo. Tuâ ipſius intereſt, *appartiene a te ſteſſo*. Noſtra ipſorum, *a noi ſteſſi*.

Mea, Tua, &c. poſita ſunt pro primitivis Mei, Tui, &c. Antiqui enim dicebant: in re tui Magiſtri eſt; nimirum eſt in utilitate tui Magiſtri. Sed loco pronominis primitivis Mei, Tui, &c. nunc uſurpantur derivativa: Mea, Tua, &c. quaſi dicat: eſt in re mea, &c.

Eſt in rem meam, in rem noſtram, in rem fratris, &c. *eſſer utile, giovare*. *Ter. Hecy*: 5. 3. Neque eſt in rem noſtram. *Ibid.* 1. *ſc*. 2. Si eſt in rem Bacchidis. *Id. And.* 3. 3. Si in rem eſt utrique.

Regula III. P. T. C.

MUlta Verba Imperſonalia, veluti Tertia Neutrorum, poſt ſe dativum exigunt. *Cic.* 2. *Off.* Quod contigit nemini. *Quin. l.* 2. *c.* 2. Confert admirationi multùm infirmitas. *Cic. Tuſc.* 5. Peccare nemini licet.

Ac-

Accidit, ebat, accidit,	*accadere, avvenire, occorrere.*
Benevertit, ebat, ertit,	*succeder bene.* Sic malevertit.
Conducit, ebat, uxit,	*essere utile, giovare.*
Confert, rebat, tulit,	*essere utile, conferire.*
Constat, abat, stitit,	*esser chiaro, noto, manifesto.*
Expedit, iebat, divit,	*esser espediente, utile.*
Libet, vel Lubet, ebat, buit, vel Libitum est.	*piacere.*
Licet, ebat, cuit, vel Licitũ est,	*esser lecito.*
Occurrit, ebat, currit,	*sovvenire, venire in mente.*
Præstat, abat, stitit,	*esser meglio.*
Suppetit, ebat, tiit,	*bastare.*
Usuvenit, ebat, enit,	*solere avvenire.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Conducit, & Confert pro dativo habent etiam accusativum rei inanimatæ cum ad, vel in. *Cic. Oeconom. frag.* Metus plurimùm confert ad diligentiam custodiendi. *Plau. Cist.* 3. 1. Quod tuam in rem benè conducat, *il che sia utile, e faccia per il tuo interesse.*

Convenit: *Convenire, star bene, adattarsi, quadrare.* Eodem modo construitur. *Cic. pro Syl.* Hæc contumelia ad maximam partem civium convenit. *Id. 3. Verr.* Quæ vitia videntur in quemvis potiùs, quàm in illum. convenire.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Convenit, significans, *accordarsi, esser d' accordo, convenire,* variè construitur. *Ter. Adel.* 1. 1. Hæc fratri mecum non conveniunt, *in queste cose*

cose non m' accordo con mio fratello. Cic. 1. *Leg.* Si posset inter eos aliquid convenire, *se potesse essere qualche accordo tra loro. Plau. Capt.* 2. 3. Ita convenit inter me, atque hunc, *così ci accordiamo io, e costui. Et Pseud.* 1. 5. Si de eà re unquam inter nos convenimus, *se mai ci accordiamo in tal cosa.*

Constat hæc res mihi tecum, *siamo d'accordo in questo. Ad Her. l.* 1. Quæ arbitror mihi constare cum cæteris Scriptoribus, *nelle quali cose credo di accordarmi con gli altri Scrittori.*

Regula. IV. P.T.C.

PAuca Verba Impersonalia accusativum requirunt, & sæpè pro nominativo infinitum. *Cic. de Provinc.* Hoc me decet. *Ov.* 6. *Met.* Quarum (i. e. precum) me dedecet usus. *Plau. Cas. act.* 2. 3. Non decet te esse tàm tristem.

Decet, ebat, cuit,	*convenire, star bene, esser decente.*
Ita Composita Addecet, Condecet.	
Dedecet, ebat, cuit,	*disconvenire, star male.*
Delectat, abat, avit,	*dilettare.*
Juvat, abat, juvit,	*giovare, dar gusto, dilettare.*

OBSERVATIO I. P. S. C.

Huc referuntur Fallit, Fugit, Præterit, *esser nascosto, non esser noto, uscir di mente, non sapersi. Ad Her.* 3. Neminem vestrûm fugit, *a niun di voi è nascosto, ognun sà. Cic. Orat.* Quem nostrûm fefellit, ita vos esse dicturos? *chi di noi non seppe, che voi erate per dir così?* Sic: me fugit ad te scribere, *m' uscì di mente, mi scordai di scriverti.*

OB-

OBSERVATIO II. P. P. C.

Decet, invenitur etiam cum dativo. *Ter. Adel.* 3. 4. Ut vobis decet. *Agell.* 9. 15. Ætati ejus decebat. Sic *Plau. Amph.* 2. 2. At rarò utaris.

Oportet, ante se nullum casum habet post se infinitum, aut orationis partem. *Cic.* 1. *Off.* Te abundare oportet preceptis, institutisque Philosophiæ. Et sic etiam variabis: Oportet te legere; legas oportet; tibi legendum est.

Regula V. P. T. C.

PAuca Verba Impersonalia habent accusativum cum præpositionem ad. *Ad Her.* 3. Nihil ad nos attinet commonere. *Cic. de Fato.* Ad quasdam res natura loci pertinet. *Id.* 2. *Off.* Si ad perniciem Patriæ res spectabit.

Attinet,	ebat,	nuit,	)	
Pertinet,	ebat,	nuit,	)	*Appartenere.*
Spectat,	abat,	avit,	)	

OBSERVATIO P. S. C.

Facit, ebat, fecit, *esser utile*, *far a proposito*, *confarsi. giovare*, est hujus regulæ. *Ovid. ep. Sapph.* Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas. *Id. epist.* 6. Medeæ faciunt ad scelus omne manus. *Et epist.* 14. Non faciunt molles ad fera tela manus. Non facit ad rem, *non è cosa a proposito*.

Regula VI. P. T. C.

ALiqua Verba, quæ habent plerumque tertiam personam singularis numeri, regunt, accusativum personalem, habentque adjunctum genitivum. *Cic. pro Mil.* Eorum nos miseret. *Id. l.* 2. *ep.* 9. Ineptiarum eos pœniteret. *Sal. Jug.* Me civitatis morum piget, tædetque.

Mi-

Miseret, ebat, misertum est,	*aver misericordia, compatire, compassionare.*
Miserescit, ebat, s. præt.	
Pœnitet, ebat, tuit,	*pentirsi, dolersi.*
Pudet, ebat, duit, & puditum est,	*vergognarsi, arrossirsi.*
Piget, ebat, guit, & pigitum est,	*rincrescere, annojare.*
Tædet, ebat, pertæsum est,	*aver rincrescimento.*
Ita composita Depudet,	*lasciar la vergogna.*
Distædet, Pertædet,	*rincrescer molto.*
Suppœnitet,	*pentirsi alquanto.*

Pro genitivo admittunt etiam infinitum, vel aliam orationis partem. *Flor.* 2. 8. Post Carthaginem vinci neminem puduit. *Plau. Cas. act.* 5. 2. Pudet, quod priùs non puditum est. *Vellejus*. Cùm eum non depuderet mare infestare.

OBSERVATIO P. P. C.

Antiquior locutio erat, ut in his verbis esset nominativus, qui nunc est accusativus. *Plaut. Capt.* 3. 5. Mei nemo miseret. *Nemo*, pro neminem. *Curt. l.* 2. Athenienses primi pœnitere cœperunt. *Virg.* 8. *Æn.* Arcadii quæso miserescite Regis. *Plau. Cas.* 5. 2. Ita nunc pudeo, *Agell.* 3. *c.* 2. Verbisque ejus defatigati pertæduissent.

Aut esset nominativus, qui nunc est genitivus. *Ter. Adel.* 4. 7. Non hæc te pudent? Nunc horum te pudet. *Lucan.* 8. Semper metuet, quem sæva pudebunt. *Plau. Stic.* 1. 2. Ne facias, quod nos pigeat postea.

DE IMPERSONALIBUS PASSIVIS.

VErbum Impersonale Passivum est, quod fit à Verbis desinentibus in O, quæ non habent passivam significationem: & efferuntur in tertiâ personâ singularis numeri. Ut, *servitur, si serve.*

Regula Unica. P. S. C.

OMnia Verba Impersonalia Passiva ferè sine ullo nominativo expresso proferuntur. *Plau.Pseu.*1.3. Amatur, atque egetur acriter. *Cic.*3.*de Or* Ibi considetur. *Plau.Truc.*1.1. Cùm caletur maximè.

In præteritis Passivum Impersonale exprimitur neutro genere. *Ter. Adel. act.* 3. 4 Ignotùm est, tacitum est, creditum est. *Virg.*6. *Æn.* Ventum erat ad limen. *Cic.* 12.*ep.*11. Obviam mihi proditum est.

Habent passivorum more ablativum cum præpositione à, vel ab, expressè, vel suppressè, ejus rei, quæ nominativo exprimeretur, si non essent passiva. *Cæs.*7.*B.G.* Ab nostris occurrebatur, ne diversis itineribus iretur. *Teren. Heau.* 4. 1. Abs te prospectum est.

Cæterum retinent casus eosdem, quos haberent, nisi essent Impersonalia passiva, ut: nos favemus tibi: à nobis tibi favetur. Pauperes egent vestium: à Pauperibus egetur vestium. *Cic.*2. *Off.* Non modò non invidetur illi ætati; verùm etiam favetur. *Plin. l.*10.27. Cum præsidio earum indigetur.

Verba tamen Neutra, quæ admittunt accusativum, si passivè reddantur, non modò habent utriusque numeri personam tertiam; sed etiam accusativum mutant in nominativum, passivorum personalium more. *Colum.* 2.8. Ne seminarentur agri. *Cic.*1.*de Nat.* Ab aliis degatur ætas. *Id. pro Mur.* Acerrima pugna est

cum

cum rege pugnata. *Mart. l.* 13. 59. Tota mihi dormitur hyems. *Mihi*, pro, A me, Græcorum more.

DE CONSTRUCTIONE CASUUM COMMUNI. CAP. X.

QUotiescumque Nomina à Verbis non pendent, in Structurâ Communes præcipiuntur Regulæ, de quibus modò agendum est.

De Nominibus Locorum. De Statu in Loco. Reg, I. P. T. C.

NOmina propria Urbium, Castellorum, ac Pagorum primæ, vel secundæ declinationis singularis numeri, cum Verbis statum in loco significantibus plerumque in genitivo ponuntur. *Cic. Att.* 5. 18. Romæ es. *Et* 14. 7. Paulum Cajetæ vidi. *Cæs.* 1. *B. C.* Cohortes Pisauri, & Arimini habebat.

Quod si sunt tertię declinationis, vel pluralis duntaxat numeri, ablativo ferè sine præpositione efferuntur. *Cic. Att.* 8. 17. Cohortes Sulmone collocavit. *Et* 9. 14. Philippus Neapoli est, Lentulus Puteolis. *Id.* 3. *de Leg.* Philosophi, qui Athenis fuerunt.

In genitivo pariter inveniuntur: Humi, Belli, Militiæ, & Domi, cui tantummodò adjunguntur genitivi: meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ. *Ter. Adelph.* 3. 4. Unà semper Militiæ, & Domi fuimus. *Cic.* 1. *de Div.* Ea humi sunt inventa. *Pro Dom.* Sacrificium, quod alienæ Domi fieret.

Reperitur etiam, Terr[illegible] *Virg. Georg.* 2. Altiùs, & penitùs Terræ defigitur arbor.

Iidem

Iidem genitivi ablativo commutantur, quod fiet semper, si illis adjectivum adjungitur; & ideò ne dixeris: natus sum domi paternæ; sed in domo paternâ. *Curt.* 7. Multos integros juvenes in domo abscondi. *Hirt. de bel. Alex.* Nihil in bello sine extis agunt. *Ovid.* 4. *Fast.* in durâ sæpè laboret humo.

Cætera Nomina cujuscumque loci ablativo gaudent cum præpositione in, quam respuit *Rus*, quod ablat. desinit Rure, vel Ruri. *Liv.* 3. 3. Hæc eo anno in Italiâ, in Africâ, in Siciliâ, in Hispaniâ acta. *Cic. in somn.* Conspicio in meo regno Scipionem. *Hor.* 1. *ep.* 15. Rure meo possum quodvis perferre, patique. *Cic. pro Sest.* Qui ruri semper habitant.

OBSERVATIO I. P. P. C.

Genitivi nominum propriorum, Urbium, Castellorum, ac Pagorum, reguntur à non expresso, Oppido, Urbe, Pago, Loco, & simili, quæ si exprimantur, in ablativo ponuntur. *Cic. Att. l.* 5. 18. Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. *Et pro Arch.* Natus Antiochiæ loco nobili, & celebri Urbe. *Id. Phil.* 3. Cùm Legio Martia constiterit Albæ in municipio fidelissimo. Invenitur etiam, in Urbe Roma, in Urbe Neapoli, &c. *Plin. l.* 2. *cap.* 96. In Neâ oppido Droadis.

Quin alii nomina propria Urbium, &c. ablativo cum præpositione in, expresserunt. *Cic. Att.* 8. 2. Navis in Cajeta parata est nobis. *Plau. Mil.* 2. 5. Quid tibi hîc in Epheso est negotii? *Cæs.* 2. *B. C.* Varro naves in Hispali faciendas curavit. Et alibi hujusmodi reperiuntur exempla, quibus Tirones ne assuescant.

OB-

OBSERVATIO II.

Nomina appellativa locorum aliquando per eclipsin præpositionem in, abiiciunt. *Suet. in Dom.*1. Natus est Regione Urbis Sexta. *Virg. Georg.* 3. Stare loco nescit: & passim apud Poëtas.

Poëtæ, ac Historici præcipuè usurpant in genitivo, pro ablativo, nomina Insularum, ac Regionum. *Cas.* 3. *B: C.* Cæsar cùm audisset Pompejum *Cypri* visum, *pro* in Cypro. *Valer. Max.* 4. 1. Bibulus filios suos *Ægypti* occisos cognovit: *pro* in Ægypto.

De motu ad Locum. Reg. II. P.T. C.

PRopria Urbium, Castellorum, & Pagorum, Rus, pariter, & plerumque Domus, cum Verbis Motùs ad Locum, accusativo collocantur, ferè prępositione suppressa. *Cic.*3.*Off.* Carthaginem rediit Regulus. *Id. Att.* 7.1. Scis me Athenas venisse. *Ovid.* Non venias quare tam longo tempore Romam. *Ter. And.*5.3. Rus cras ibo. *Cic. pro M.Cal.* Cùm illi Domum venerint.

Rus, si sit pluralis numeri, admittit in. *Cic.* 5. *Tusc.* Cùm in sua Rura venerint.

In cæteris locorum nominibus usurpatur præpositio ad, vel, in, præsertim si accusativus sit rei inanimatæ. *Cic. pro Dom.* In Senatum venire, in Capitolium introire non debuisti. *Id. 6. Verr.* In Syriam, in Regnum paternum profecti sunt. *Ter. Phor.* 5.7. Transi ad forum.

OBSERVATIO P. P. C.

Præpositio in, vel, ad, aliquando apponitur à Tullio, & aliis Scriptoribus, nominibus propriis Urbium, &c. *Cic. Phil.* 12. Profectus ad Mutinam *Id.* 7. *Verr.* Ad Messanam transire possent. *Cas.*1. *B. G.* Cæsar ad Genevam pervenit. *Plau. Bacch.*2.3. Senex in Ephesum hinc ibit. *Sal. in Catil.* Ille eos in domum Bruti perducit.

Cum

Cum Nominibus appellativis, & aliis non propriis rarissimè præteritur præpositio. *Virg.* 1. *Æn.* Italiam fato profugus. Lavinaque venit Littora. *Tac.* 2. *An.* Germanicus Ægyptum proficiscitur. *Plau. Pers.* 2. 3. Herus me Eretriam misit. *Id.* Utinam hinc abierit malam crucem. Sed hæc Poëtarum, & Historicorum propria.

Poëtæ, & Historici interdum usurpant dativum pro accusat. *Virg.* 11. *Æn.* It clamor Cœlo. *Id.* 6. Euboicis Cumarum allabitur oris. *Liv.* 4. 4. Ut classis invehatur hostium littoribus.

De Motu de Loco. Reg. III. P. T. C.

Cum Verbis motum de loco significantibus, si Nomina sint propria Urbium, Castellorum, & Pagorum, ablativo utemur ferè sine præpositione, quam pariter respuit Rus, & aliquando Domus. *Cic. Att.* 3. 9. Roma profectus es. *Et* 5. 19. Dum Arimino rediret. *Liv.* 3. 10. 28. 30. Legati Carthagine ad Scipionem venerunt. *Ter. Eun.* 3. 5. Vereor ne pater rure redierit. *Cic.* 9. *ep.* 5. Qui se domo non commoverunt.

Cætera cujuscumque loci nomina admittunt ex, è, de, à, vel, ab, nisi per eclipsim reiiciantur. *Cic.* 4. *Verr.* Ab Urbe antequam proficisceretur. *Et* 7. Quæcumque navis ex Asia, atque ex Syria venerat. *Et pro Corn.* Qui de Civitate decedere, quàm de sententia, maluit. *Tac.* 2. *Ann.* Germanicus Ægypto remeans, *idest*, ex Ægypto.

OBSERVATIO P. P. C.

Plures Scriptores classici addunt præpositionem Nominibus Urbium. *Cic. Att.* 4. 17. Non arbitrabantur eum à Capua declinaturum. *Ibid.* 1. 17. Illum ab Alexandria discessisse nemo nunciat. *Cæs.* 1. *B. C.* Ab Arimi-

no M. Antonium Aretium mittit. *Liv*. 3. 3. Legati ab Roma venerunt. *Cic*. 10. *ep*. 12. Cum magna multitudo civium me de domo deduceret. Et plura alia hujusmodi.

De Motu per Locum. Reg. IV. P. T. C.

CUm indicatur motus per Locum, Nomina propria Urbium, Castellorum, & Pagorum, accusativo cum per, seu ablativo sine præpositione, efferuntur. *Plin. Jun*. 7. *ep*. 16. Provinciam Bæticam per Ticinum est petiturus. *Liv*. 4. 1. Incursiones per Megaram non fiebant. *Cic. Att*. 5. 15. Iter Laodiceâ faciebam.

Appellativa verò, seu communia Locorum nomina cum Verbis motum per locum significantibus accusativo frequentius cum per, enunciantur. *Sal. Jug*. Legiones per Italiam transvectæ sunt. *Liv*. 4. 7. Per Chersonesum Hellespontum perveniunt. *Id*. 4. 3. Marcellus per Montes Nolam pervenit.

Etiam ablativo, sed rariùs. *Hor*. 1. *sat*. 9. Ibam fortè viâ sacrâ, sicut meus est mos. *Curt*. 4. Commeatus alii terrâ, alii Tygri subvehebantur.

OBSERVATIO P. S. C.

Cæteri loquendi modi, qui ad loca spectant, vel adverbiis, vel præpositionibus exprimuntur: ut in Cœlum sursum eunt, in terram deorsum; Romam versus abeas; Neapolim usque pervenias, & similia.

De Dativo Communi. Reg. V. P. T. C.

OMnia Verba, & Nomina post se dativum possunt admittere ejus personæ, in cujus utilitatem, aut detrimentum fit aliquid. *Plau. Mil*. 2. 3. Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego

ego credo plurimùm. *Cic.7 ep.24.* Non omnibus dormio. *Id. .. ep. 6.* Quod mihi eſt maximum, *il che in riguardo mio è grandiſſimo.*

De Tempore. Reg.VI. P. T. C.

SI interrogatio fiat per Quandiù? (*quanto tempo?*) Tempus accuſativo, aut ablativo collocatur. *Maro. 6. Æn.* Noctes, atque dies pater atri janua Ditis. *Caſ. 3. B. C.* Triduum moratus diſceſſit. *Suet. in Cal. 59.* Vixit annis vigintinovem, imperavit triennio. *Caſ. 3. B.C.* In caſtris biduo moratus.

Accuſativo Temporis ſæpè additur prapoſitio per, ſeù, intra. *Caſ. B. G.* Intra annos quatuordecim tectum non ſubjerunt. *Caſ. 3. B. C.* Auſter per biduum flaverat. *Virg.1. Æn.* Urbs antiqua ruit multos dominata per annos. *Liv. 1. 1.* Antiſtites ſacri ejus per multas ætates fuerunt.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Cùm indicatur aliquis motus, & actio futura. Tempori adjungitur ad, aut in *Cic. Att. 1. 2.* Nos te ad menſem Januarium expectamus, *per il meſe di Gennajo. Id. in Somn.* Qui ad multam noctem vigilaſſem, *ſino ad un pezzo di notte. Caſ. 5. B. G.* Cum à primà luce ad horam octavam pugnaretur, *dal far del giorno ſino all'otto ore. Lib. 3. 9.* In duos menſes induciæ factæ ſunt, *per due meſi. Curt. 8.* Ephæſtionem miſit commeatus in hyemem paraturum. *Cic. 2. de Orat.* Barbarorum eſt in diem vivere. Sic, in annum, in menſem, &c.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Varia invenitur locutio circa Temporis ſtructuram. *Cic. 2. Verr.* Quæ intra decem annos facta ſunt, *tra dieci anni. Id. de Div.* Tribus horis conciſus exercitus eſt, *nel termine di*

 tre

*tre ore. Catul. carm.*13. Cænabis benè apud me paucis diebus, *tra pochi giorni*.

Item cum Verbis, Ago. *Cic. de Sen.* Quartum annum ago, & octogesimum, *ho ottantaquattro anni*.

Gero. *Suet. in Vesp.* 24. Extinctus est annum gerens ætatis sexagesimum, ac nonum, superque mensem, *morì di sessantanove anni, e un mese*.

Natus. *Cic. de clar.* Annos natus unum, & viginti, *ha ventun' anno*.

Sum. *Varr. de re rust. l.* 2. Equus triginta mensium est. *Plau. Mer.* 2. 2. Puer sum septennis.

Vivo. *Ovid.* 12. *Met.* Vixi annos bis centum.

Pro Tertiâ Classe.

SI verò interrogemus per, *quando?* Tempus ablativo locum habet. *Tib. l.* 2. *el.*1. Luce sacrâ requiescat humus, requiescat arator. *Cic. pro Leg. Man.* Bellum Pompejus extremâ hyeme apparavit, ineunte vere suscepit, mediâ æstate confecit. *Cæs.* 3. *B. C.* Tertio die, prima luce exercitum traducit.

OBSERVATIO P. S. C.

Effertur etiam hac significatione in accusativo cum per. *Cic. de clar.* Duo fuerunt per idem tempus dissimiles. *Maro.* 1. *Æn.* At pius Æneas per noctem plurima volvens. *Cic.* 6. *ep.* 8. Ne te viæ per hyemem committas.

Adjungitur aliquando ablativo præpositio de, aut in. *Cæs.* 7. *B G.* De media nocte proficisci imperat. *Sic*. de die, de tertia vigilia, &c. *Cic.* 2. *de Inv.* In hoc tempore, & in omni vita.

De

De Mensura. Reg. VII. P. T. C

MEnsura accusativo potiùs, quàm ablativo, effertur. *Liv.* 37. Gladios longos quaterna cubita. *Cæs.* 7. *B G.* Aggerem latum pedes trecentos triginta, altum pedes octoginta extruxerunt. *Cat. de re rust.* 18. Orbem olearium latum pedibus quatuor, crassum digitis sex.

OBSERVATIO P. S. C.

Dici etiam consuevit: Res alta sex palmorum, *idest*, magnitudine, vel longitudine, quæ aliquando exprimuntur. *Cat. de re rust. c.* 18. Trabes pedum viginti duorum longæ opus erunt, *hoc est*, longitudine pedum viginti duorum. *Plin.* 3. 5. Patet longitudine decies centena, & viginti millia passuum, *si stende in lunghezza* 1020. *miglia*.

De Spatio loci. Reg. VIII. P. T. C.

SPatium loci itidem accusativo sępiùs, quàm ablativo, ponitur. *Plau. Aul.* 1. 1. Si tu ex isto loco digitum transversum, aut unguem latum excesseris. *Liv. Dec.* 3. *lib.* 10. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest. *Plin.* 7. 2. Abest ab Oceano dierum viginti itinere.

OBSERVATIO P. S. C.

Iter, Via, Spatium aut reticentur, aut exprimuntur accusativo, vel ablativo. *Planc. ad Cic. lib.* 10. 17. Ventidius bidui spatio abest ab eo. *Cæs.* 1. B. G. Cùm tridui viam processisset. *Cic. Att.* 5. 17. A quibus aberam bidui: *idest*, spatio bidui.

Nonnunquam accusativus spatii habet adjunctum per *Colum.* 3. 13. Per tres longitudinis pedes, perque duos in altitudinem cavato solo. *Liv.* 3. 9. Fugientes per triginta millia passuum victores secuti. *Curt.* 7. Is pedes per quadraginta stadia vectum Regem comitatus.

Ablativo si addatur præpositio à, vel ab, significatur ulterior distantia. *Cæs.1.B.C.* A millibus passuum quinque itinera difficilia, atque angusta excipiebant, *cinque miglia più in là, più oltre, seguivano strade difficultose, e strette. Liv.*4.8. A quinque ferè millibus locat castra, *quasi cinque miglia lontano. Cæs.*5.*B. G.* A millibus passuum circiter duobus, Romanorum adventum expectabamus, *intorno a due miglia lontano*.

De Pretio. Reg. IX. P. T. C.

PRetium ablativo ponitur. *Plaut. Mil.* 2. 3. Non emam vitam tuam vitiosa nuce. *Cic.* 6. *Verr.* Si denariis quadringentis Cupidinem istum putasset, coemisset. *Liv.* 23. Multo sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. *Agell.* 1. c. 19. Libros tres reliquos mercatur nihilò minore pretio.

OBSERVATIO I. P.S.C.

Pretium sæpè non exprimitur, præcipuè cum his adjectivis, Magno, Permagno, Maximo, Plurimo, Tanto, Quanto, Vili, Parvo, Paululo, Minimo, Infinito, Immenso, &c. *Plin.* 12.18. Tanto nobis deliciæ constant. *Ter.Eun.* 1. 1. Quid agas? nisi ut te redimas captum, quàm queas, minimo: si nequeas paululò, at quanti queas. *Ovid.*4. *Fast.* Stat mihi non parvo virtus mea.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Constat mihi, vendo, emo, do aliquid auro contra, argento contra, orichalco contra, significat, *costare, vender a peso, &c. a peso d'oro, per tant' oro, a peso d' argento, d' ottone, &c.* Solet enim pendi res, quæ alienatur, in altera lance: in altera contra, pretium. *Plau.Truc.* 2. 6. Jam *auro contra* constat filius, *tant' oro, quanto pesa. Id. Pseud.* 2. 3. Orichalco contra non

fuit

fuit carum meum mendacium. *Id. Curcul.* 1. 3. Auro contra cedo modeſtum amatorem.

De Causâ. Reg. X. P. T. C.

SUbſtantivum nomen, quod ſit cauſa effectûs provenientis ab ipſamet causâ, accuſativo effertur cum præpoſitione ob, aut propter. *Cic. pro Marc.* Ob aliquod delictum. *Plau. Aul.* 1. 4. Ut propter me tibi ſit melius, mihique propter te, *acciò tu ſtii meglio per causa mia, ed io per causa tua.*

Sive ponitur ablativo, præſertim ſi ſit rei inanimatæ. *Sal. Jug.* Concordiâ res parvæ creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur. *Teren. Heau.* 3. 1. Deteriores omnes ſumus licentiâ. *Cic.* 5. *fin.* Refugit ſanguis metu. *Plin. l.* 5. *c.* 4. Utica Catonis morte nobilis. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. Oderunt peccare boni virtutis amore. *Prov.* Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

OBSERVATIO P S. C.

Ablativus cauſæ agentis nonnunquam admittit has præpoſitiones à, ab, è, ex, de, præ, pro. *Plin. l.* 14. *c.* 5. caput *à Sole* dolet, *per cagion del Sole. Cic.* 1. *Acad.* Mare nunc à Sole collucet, *riluce per il Sole. Id. de Inv.* Illos arctiùs ex laſſitudine dormire ſenſit. *Plau. Truc.* 2. 8. Mihi de vento condoluit caput. *Cic.* 1. *Tuſc.* Præ mœrore loqui non poſſum. *Att.* 16. 20. Tibi pro tuis ſummis beneficiis gratias ago *Att.* 16. 20. Timeo de Republicâ, *ſtò in timore per cagione della Repubblica.*

De Causâ Finali. Reg. XI. P. S. C.

FInis, cujus causâ aliquid fit, ſive ad quem dirigitur actio, in accuſativo ponitur cum ad, vel in. *Plau. Trin.* 3. 3. Deprome inde auri ad hanc, quod ſat eſt. *Cic.* 2. *de fin.* Is habet

insigne qniddam ad decus,& ad gloriam. *Tac.* 1. *An.* Destinare aliquem in prædam, aut ad excidium. *Cæs.* 1. *B. C.* Dare pecuniam in stipendium.

Hac significatione, utimur etiam dativo. *Cæs.* 3. *B. C.* His legio missa præsidio est, *per presidio. Sal. Jug.* Credo hoc ostentui, *per pompa, per ostentazione*. Sic. Venio tibi auxilio, *in ajuto.* Habeo hanc rem voluptati, *a piacere*, religioni, *a scrupolo, &c.* ut suprà notatum est.

De Instrumento. Reg. XII. P. T. C.

ABlativo pariter effertur instrumentum actionis, sine quo eadem actio perfici non potest. Ut gladio me feris; percutiam te calcibus. *Ter. Hecy.* 3. 3. Exordiar narrare, partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus. *Cic.* 3. *de Nat.* Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones se tutantur. *Curt.* 7. Literas scriptas meâ manu perfer.

Interdum accusativo cum per. *Ovid. in Ib.* Quique oculis caruit, per quos malè viderat aurum.

De Modo. Reg. XIII. P. T. C.

NOmen substantivum significans modum quo actio peragitur, exprimitur similiter ablativo, & sæpè additâ præpositione cum *Cels.* Multi magni morbi curantur abstinentiâ, & quiete. *Cic. in Somn.* Quæ stellæ circulos suos conficiunt celeritate mirabili. *Id. pro Cluen.* Exclamavit se maximo cum dolore mori. *Plau. Pers.* 2. 2. Hanc rem cum curâ geras.

Raro accusativo cum per. *Liv.* 1. 1. Nihil per iram, & cupiditatem actum est. *Sal.* 1. *Hist.* Mori per virtutem, *valorosamente, da valent' uomo*.

OB-

OBSERVATIO P.S.C.

Frequens est apud Scriptores hæc locutio: Hoc modo, ad hunc, vel in hunc modum: More, vel de, ex, è, More, in Morem, *a modo, all'usanza, all'uso, secondo l'uso. Plau. Pseu.* 1. 5. In scænam provenit novo modo, *a foggia nuova. Id. Prol. Amph.* Ornatus in novum modum, *alla moda. Cic.* 2 *Tusc.* Est ad hunc modum sermo institutus. *Virg.* 8. *Æn.* In morem stagni, *a guisa di stagno. Ibid.* De more. *Sal.* 4. *Hist.* Per hunc morem extinguit omnia. *Ter. Heaut.* 1. 1. Viâ pervulgatâ, *al modo ordinario.* Sic; hac ratione; hoc pacto, &c.

De Ablativo, qui Comitatûs dicitur.
Reg. XIV. P. T. C.

CUm, semper adjungitur ablativo, si comitatus, ac conjunctio quædam significetur. *Sal. Jug.* Cursu cum æqualibus certare. *Ovid.* 2. *Trist.* Bellaque cum multis irrequieta geris. *Cic.* 9. *ep.* 17. Antonius cum primis copiis venit. *Liv.* 4. 2. Agnus cum quinque pedibus natus. *Cic.* 5. *ep.* 11. Vives nobiscum.

Cum, tamen præteriri solet, si de exercitu, classe, &c. agitur. *Liv.* 4. 3. Ipse omni classe navigans. *Cæs.* 3. *B. C.* Omnibus copiis ad Asparagum pervenit.

De Materiâ, ex qua aliquid fit.
Reg. XV. P. T. C.

RES, seu materies, ex qua aliquid fit, ablativo cum ex, de, è, enunciatur, sive per adjectivum explicatur. Patera ex argento, sive argentea; Statua è marmore, seu marmorea: Calix vitreus, sive ex vitro. *Cic. 6. Verr.* Monile ex auro, & gemmis. *Ibid.* Signum æneum,

 mar-

marmoreum, eburneum. *Virg.* 4. *Æn.* Præterea fuit in tectis de marmore templum. *Sal. Jug.* Genus hominum compositum è corpore, & animâ.

Dicitur nummus auri, argenti, æris, vel nummus aureus, argenteus, æreus. *Plau. Asin.* 2. 4. Nunquam hinc feres, argenti nummum. *Cic.* 2. *Phil.* Cùm nummos aureos daret.

De Re, de qua loquimur. Reg. XVI.
P. T. C.

RES, de qua agimus, loquimur, scribimus, &c. ablativo explicatur cum de, nonnunquam, super. *Cic. Att.* 5. 1. Quæ fueramus de sorore locuti. *Id.* 16. 5. Hac super re scribam ad te. *Tac.* 4. *An.* Quanquam diversis super rebus consulerentur.

Sic dicitur: Libelli de Jure civili Cicero de Amicitiâ. Sermo de Cœlo: *idest*, agens, &c.

De Ablativo Partis. Reg. XVII.
P. T. C.

PArs alicujus totius, ablativo expressa sæpè occurrit. *Plau. Trin.* 4. 2. Capite se totum tegit. *Liv.* 3. 1. Animo magis, quàm corpore æger. *Cic.* 1. *de Orat.* Omnibus artubus contremisco, *da capo a piedi*. *Cas.* 1. *B.G.* Cùm pedites humeris, & summo pectore starent, *i pedoni sopravanzando dalle spalle, e dal petto in sù.*

OBSERVATIO P. S. C.

Aliquando additur à, vel ab. *Suet. in Tib.* 68. Fuit latus ab humeris, & pectore. *Plaut. Truc.* 4. 3. Ab ingenio est improbus, *è di natura malvagio*.

OB-

Poëtæ, ac Historici mutant Ablativum in Accusativum. *Sil.* 12. Truncatur membra bipenni. *Plin.* 7. *c.* 28. Vulneratus humerum, ac femur. *Hor.* 1. *ep.* 10. Cætera lætus. Sic cætera Italus, Albus dentes; sed hîc reticetur præpositio Ad, circa, juxta.

Ablativus Partis aliquando in genitivum migrat. *Plau. Trin.* 2. 4. Satin' tu sanus es mentis, atque animi tui? *Id. Epid.* 1. 2. Desipiebam mentis. *Cic. Att.* 11. 12. Ostendis te pendere animi, *mostri di star sospeso d'animo. Ibid.* Quàm animi pendeam de te, & de me.

Plurali numero dicimus: pendere animis, *esser perplesso d'animo. Cic. Tusc.* 1. Pendemus animis.

Sæpè occurrit Accusativus *Partem*, pro quo eleganter etiam dicitur: Ex Parte. *Cic. de Or.* Magnam Partem ex Jambis constat oratio nostra. *Cæs.* 4. *B. G.* Pueri maximam partem lacte, atque pecore vivunt. *Tic.* 4. *Tusc.* Soles majorem partem nihil curare, *sei solito per lo più di non ti pigliar pensiero di nulla. Id.* 1. *Off.* Magnâ ex parte clementi castigatione licet uti.

De Ablativo Adjuncti, & Circumstantiæ. Reg. XVIII. P. T. C.

Nomina similiter possunt habere Ablativum Adjuncti, & Circumstantiæ, additâ nonnunquam præpositione ex. *Plau. Pseu.* 4. 7. Servus magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodùm, magnis pedibus. *Curt.* 7. Natione Medus. *Hor. l.* 1. *ep.* 7. Vultejus nomine. *Plau. Stic. act.* 2. 1. Nunc Microtrogus nomine ex vero vocor.

De Excessu. *Reg. XIX. P. T. C.*

EXcessus rei pariter, qua quis alterum superat, Ablativo exprimitur. *Cæs.* 1. *B. G.* Helvetii reliquos Gallos virtute præcellunt. Ubi *præcedunt* vet. Cod. *Ter. Phor.* Herum anteeo sapientiâ. *Cic.* 2. *Off.* Qui omnes scientiâ vicisset. *Plau. Trin.* 4. 2. Sesquipede est, quàm tu, longior. *Cic.* 2. *de Orat.* addidit præpositionem in. In jocis tu longè aliis antecellis.

De Ablativo absoluto. *Reg. XX.*
P. S. C.

NOmen, vel Pronomen, vel Participium, in ablativo absolutè ponitur, cùm à nullâ orationis parte pendet. *Cic. in Brut.* Vivo Catone multi Oratores floruerunt, *essendo vivo Catone*. *Id. ibid.* Hi Servio Tullio Regnante viguerunt. *Plin.* 11. 17. Procedit foras non nisi migraturo examine.

Ablativus absolutus cum participio passivo ita explicari potest. *Liv.* 3. 3. Ipse, præmisso nuntio, proficiscitur à castris. *Mandato avanti un Messaggiero; mandato, che ebbe; dopo aver mandato; mandato che fu un Messaggiero, esso si parte dagli alloggiamenti. Id.* 5. 5. Recepto sospite filio, victoriæ gaudium sensit. *Flor.* 1. 3. Peracto Punico bello secuta est brevis requies.

OBSERVATIO P. P. C.

Nonnunquam Persona ablativi est eadem, ac Verbi. *Agel.* 15. *c.* 24. Eum, me judice, errorem dissolvam tibi. *Plau. Stic.* 1. 2. Vos ne ego patiar cum mendicis nuptas, me vivo, viris?

Aliquando absolutè ponitur participium pas-

passivum præteriti temporis sine nomine, aut pronomine. *Liv.*5.4. Octavium, exposito quid pararet, Heracleam petere jubet. *Tac.* 4. *Ann.* Nondum comperto, quos illa vis perculisset. *Et* 14. Audito, nuncium venisse.

Et adjectivum. *Liv.*3.8. Incerto, quid peterent, aut vitarent, *essendo cosa incerta, &c.*

DE CONSTRUCTIONE VERBI INFINITI. *CAP. XI.*

Quæ sint voces infiniti, patet, tum è paradigmatis conjugationum, tum è pag.120. ubi de Modis.

De Infinito. Reg. I. P. T. C.

Modus infinitivus regitur à modo Finito alterius Verbi, & ante se accusativum petit, qui alioquin est nominativus Modi Finiti; post se casus verbi exigit. *Ter. Adel.*1. 1. Te advenire gaudemus. *Cic.* 1. *ep.* 5. Sciebam, te à tuis certiorem fieri solere. *Id. Att.* 10. 7. Scribunt amici, me illi nullo modo satisfecisse.

OBSERVATIO I. P. S. C.

At, si verbum præcedens, undè Infinitus pendet, fuerit passivum, tunc Modus Infinitus habebit ante se accusativum, aut nominativum concordantem in personâ, ac numero cum verbo præcedente. *Ter. And.* 4.6. In hac habitasse plateâ dictum est Chrysidem. *Cic. de Nat. Deor.* 1. Ex quo intelligitur, omnia nos consecuturos esse. *Cæs.* 6. *B. G.* Adesse Romanos nunciatur. *Cic.* 14. *epist.* 16. Fugisse dicuntur notissimi Duces. *Id. de Div.* Romulus optimus Augur fuisse traditur.

Videor, eris, visus sum, *parere*, licet signifi-

 catio-

catione Deponens neutrum appareat; tamen cùm verè Passivum fit, iisdem modis Infinitum sibi copulat. *Cic.* 5. *Tusc.* Non mihi videtur ad beatè vivendum satis posse virtutem. *Liv.* 1. 1. Diis visum non irritam Conditoris vocem esse. *Cic. de Clar.* Videor, ausurus esse te appellare. *Ter. And.* 4. 5. Videmur vobis esse idonei.

1 Cum Verbis passivis Dicor, & Videor, usitatior est nominativus cum Infinito; cum cæteris verò verbis frequentior est accusativus.

Cùm ante Infinitum non habetur ejus accusativus expressus, sed loco hujus est idem Infinitus, vel alia pars orationis; tunc Videor, & alia verba Passiva, semper in tertiâ personâ singularis numeri pronuncientur: etenim cum illo Infinito, vel Orat. parte concordant. *Cic.* 1. *Off.* Cum Pompilio videretur unam dimittere legionem. *Liv.* 3. 7. Lapidibus visum pluere, *parve*, *che piovessero sassi*. *Id. Att.* 1. 1. Si judicatum erit, meridie non liquere. Sic dices: Videtur, me pœnitere. Dicitur, te puduisse; fore, ut pigeat, &c.

OBSERVATIO II.

Solent adjungi Infinitivis cum nominativo, aut accusativo, Verba Volo, Malo, Nolo, Cogito, Cupio, Opto, Meditor, & alia hujusmodi, cùm persona Finiti, & infiniti est eadem. *Cic. de clar.* Stoicus esse voluit. *Id.* 2. *Off.* Omnibus affabilem, & jucundum se esse vellet Ulysses. *Horat.* 1. *satyr.* 6. Cupiat formosus, haberi. *Cic.* 1. *Catil.* Cupio me esse clementem. *Ter. Adel.* 5. 6. Meditor esse affabilis. *Cæs.* 1. *B. C.* Cæsar constituerat prior non lacessere.

Græcismus est à Poetis rarò admodùm frequen-

quentatus, cùm post quælibet verba sequitur Infinitivus cum nominativo; sed persona Finiti, & Infiniti est eadem. *Hor. lib.1.od. 2.* Patiens vocari Cæsaris ultor: *pro*, te ultorem. *Ovid. 2. Trist. el. 1.* Acceptum refero versibus esse nocens, *pro*, me nocentem.

OBSERVATIO I. P. P. C.

Esse, evadere, & his similia, post *Licet*, *Expedit*, *Contingit*, & alia hujus indolis verba dativo sociata, accusativum, aut dativum post se admittunt. *Plau. Epid.* 3. 2. Quieto tibi licet esse. *Ovid. Heroid. ep.* 14. Quo mihi commisso non licet esse piam? *Val. Max.* 5. 4. Tibi Duci evadere contigit. *Teren. Heau.* 2. 3. Nam expedit bonas esse vobis. *Claud.* 1. *in Ruf.*

Vivitur exiguo meliùs: natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

De Futuro Simplici Activo, & Passivo.
Reg. II. P. T. C.

Verbum Substantivum *Sum*, in futuro Modi Infiniti habet *Fore*: cætera Verba habent participium in *Rus*, *ra*, *rum*, & Infinitum *esse*, quod potest etiam relinqui.

Si antecedant tempus præsens, aut futurum, hoc Futurum habet has Italicas voces, *che io leggerò*: *che io sono, a stò per leggere*: *che io ho, o abbia da leggere*. Et sic in reliquis personis. *Cic.* 9. *ep.* 2. Scito, me ad te esse venturum. *Id. d. Sen.* Sperat adolescens diù se esse victurum.

Si verò antecedat tempus non præsens, nec futurum, habet hujusmodi vernaculas voces, *che io ero, fossi, o farei per leggere*; *che io aveavo, avessi, o avrei da leggere*. Et ita in reliquis. *Cæs.* 1. *B. C.* Eum omnium laborum finem fu-

tu-

turum esse existimabant. *Cic.2. Phil.* Dolebam Rempublicam esse perituram. *Id. de Div.* Qui monere visus est, si navigasset, eum esse periturum.

Futurum simplex Passivum constat ex supino activo in *Um*, & ex Infinito *Iri*, à verbo impersonali passivæ vocis: Itur, ibatur, &c. Ut amatum iri, visum iri. Vide pag. 124.

Si illud præcedat verbum presens aut futurum, ejus Italicæ voces sunt, *che il libro sarà letto: che è, o sia per esser letto: che ha, o abbia da esser letto. Cic. Att.* 4. 3. Publium occisum iri à Milone video. *Ter. Adel.* 1. 1. Dum id rescitum iri credet. *Cic.1.Off.* Hi arbitrantur se beneficos visum iri, *pensano di parer benefici.*

Si autem præcedat tempus non præsens, nec futurum, explicatur per has voces, *che il libro era, fosse, o sarebbe per esser letto: che aveva, avesse, e averebbe da esser letto. Cæs.* 1. *B. C.* Dicebant datum iri pugnandi facultatem. *Teren. And.* 2. 1. Postquam audierat non datum iri filio uxorem suo. *Cic.* 4. *Verr.* Rem turpiorem, & iniquiorem visum iri intelligebant, *intendevano, che la cosa era per parere più vituperosa, ed iniqua.*

Cùm verbum *Videor* antecedit futurum passivum ne dicas: Videntur libri lectum iri; sed, videtur libros lectum iri. Nam *libros* non regitur ab Infinito *iri*, sed à supino, *lectum*. *Hirt. B. Alex.* Repentina latrocinia sublatum iri videbatur.

OBSERVATIO P. S. C.

Futurum simplex Modi Infiniti cum omnibus verbis, præcipuè verò cum supino carentibus, convertitur per præsens Conjunctivi, addito *fore ut*, vel *futurum ut*, si verbum præce-

cedens ſit itidem præſens,aut futurum. *Cic.* 9. *ep.* 8. Puto fore,ut mirere. *Id.* 12. *Phil.* Putamus fore,ut eos pœniteat. *Id. l.*2. *ep.* Futurum puto, ut hoſtes judicemur.

Quòd ſi verbum præcedens non ſit pręſens, aut futurum, ferè per imperfectum Conjunctivi vertitur. *Cic.*1. *de fin.* Non eram neſcius fore,ut hic noſter labor in reprehēſiones incurreret, *Et* 2. *Catil.* Cùm viderem fore, ut ejus ſocios perſequi non poſſem. *Liv.* 5. 1. Summa querelarum erat, futurum, ut oppida nullum militem dare poſſent.

In hoc Futuro ſemper loquimur de iis, quæ nondum præteriêre.

De Futuro Præterito Mixto. Reg. III. P. T. C.

Utimur participio in *Rus*,& præterito *Fuiſſe*, ſi accedat alterum verbum cum particula Si, cujus actio præcedere debuiſſet actionem illius modi Infiniti. In Italico idiomate verbum,undè pendet Infinitus,ſolet ferè pręire ſecundam vocem præteriti pluſquam perfecti Conjnnctivi modi.

Per hoc Futurum exprimuutur fere hujuſmodi vernaculæ voces, *che io fui, ſono, ſia ſtato, foſſi, e ſarei ſtato per leggere: che io avrei letto*: & ita in cæteris perſonis utriuſque numeri. *Cic.* 2. *de Div.* Dicamus Craſſum non fuiſſe periturum, ſi homini paruiſſet. *Curt.* 6. Quid inimicitiarum creditis me accepturum fuiſſe, ſi inſontes laceſſiſſem? *Liv.* 4. 4. Affirmabant, ſi ad portas Romanus exercitus fuiſſet, non ſine effectu futurum eum motum fuiſſe.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Verbum *Possum* hac significatione non per Futurum Mixtum, sed per plusquam perfectum Infinitivi Modi effertur. *Cæs.3.B.C.* Plerique existimabant, si acriùs insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. *Cic.3.Tusc.* Cùm videretur præcaveri potuisse, si provisum esset.

OBSERVATIO II.

Si verbum supino privetur, Futurum præterito Mixtum per imperfectum Conjunctivi, addito, *futurum fuisse, ut*, convertitur. Idque etiam usitatiùs, si verbum passivè reddatur. Ut, Puto, futurum fuisse, ut hujus rei te non pœniteret, si prudentum consilium sequi voluisses. *Cæs.* 3. *B. C.* Nisi nuntii essent allati, existimabant plerique futurum fuisse, ut oppidum amitteretur.

PTC

De Temporibus, quæ per Infinitivum non convertuntur. Reg. IV. P. T. C.

SI Tempora Præsens, & Futurum Indicativi antecedant imperfectum, & plusquam perfectum ejusdem modi, non vertuntur per Infinitivum, sed dicas: Scio, legebas: Legebas, scio; sive, ut scio: Scio, quòd legebas. Et ita in plusq. perfecto: Scio, Legeras, &c. *Liv.* 1. 1. Quia, credo, nuncius dubiæ fidei videbatur. *Cic.*3. *de Nat.* Quod eò, credo, valebat. *Val. Max.* 4. 3. Puto, comparare plures potuerat. *Cic. pro Mil.* Diem mihi, credo, dixerat, *credo, che m' aveva fatto citare. Tac.* 14. *An.* Non ibo inficias retinere partà majoribus malueram, *non negherò, che io più tosto avevo voluto ritenere gli acquisti de' miei Antenati.*

Eadem etiam secunda vox Italica in imperfecto

fecto conjunctivi non vertitur latinè per infinitivum; sed per eumdem conjunctivum, si antecedat tempus præsens, aut futurum indicativi. Puto legeres: Legeres puto, ut puto. *Cic.* 10. *Phil.* Si ipse viveret Cæsar, acriùs, credo, acta sua defenderet. *Ovid.* 2. *Metam.* Confiteor, solùm hoc, tibi, Nate negarem. *Ter. And.* 3. Num censes, faceret; filium, nisi sciret, eadem hæc velle!

Si verò hanc secundam vocem imperfecti conjunctivi præcedat tempus nec præsens, nec futurum, tunc illa vox plerumque convertitur per futurum infinitivi. *Cic. l.* 2. *ep.* 1. Equidem neminem prætermisi, quem quidem ad te perventurum putarem. *Et l.* 3. *ep.* 1. Veni in eum sermonem, ut dicerem, me libenter ad eam partem provinciæ primum esse venturum. *Cæs. lib.* 1. *B. C.* Lentulus, sententiam Calidii pronunciaturum se, omninò negavit.

De Futuro exacto, seu præterito.

Reg. V. P. T. C.

VOces vernaculæ temporis futuri conjunctivi modi activè, *avrò amato*, *avrò letto*; passivè verò, *sarò stato amato*, *il libro sarà stato letto*. Latinè redduntur per idem futurum. Ut: Domum redieris, puto, cùm te convenero. A te, existimo, liber lectus erit.

OBSERVATIO P. P. C.

Similes quoque voces latinè reddi possunt per Futurum *Fore*, & per participia passiva præteriti temporis. *Cic. pro Syll.* Hoc possum dicere, me satis adeptum fore, si ex hoc tanto beneficio nullum in me periculum redundabit. *Id. ad Q. Fr.* 3. 5. Spero, paucis mensibus opus perfectum fore. *Id.* 1. *de Inv.* Quibus dictis, auditor intelligat, fore peroratum, *intenda, che già si sarà finito di perorare*.

Con-

Convertuntur etiam, ut quibusdam placet, per præteritum perfectum conjunctivi, addito *fore ut*, aut *futurum ut*, cùm tamen præcedit tempus præsens, aut futurum, sive etiam præteritum indicativi vocis propinquæ. Credo fore, ut librum legerim, ubi me vocabis, *credo, che avrò letto, &c.*

Si præcedat tempus vocis remotæ, hoc Futurum exactum explicatur per hujusmodi voces, quæ quoddam Futurum exactum indicant: *Il Maestro stimava, che tu oggi intorno alla sua venuta avessi già letto, che tu fossi per avér letto il libro, che il libro fosse per essere stato letto, che dovesse essere stato letto da te.* Censebat Magister, hodie sub ejus adventum librum lectum fore. *Cic. 10. epist. 10.* Quod quidem, cùm hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore, *già si fosse decretato.*

Et in hoc significatu possunt reddi etiam per præteritum plusquam perfectum conjunctivi, ut multi volunt. *Cic. Att. 6. 14.* Sperabam, cùm has litteras accepisses, fore ut ea impetrata essent, *speravo, che quando tu avessi ricevuto queste lettere, già quelle cose fossero state impetrate.*

De Verbis Servilibus cum Infinitivo.

Reg. VI. P. T. C.

Coepi, Incipio, Debeo, Desino, Soleo, Possum, Queo, Nequeo, quæ dicuntur verba Servilia, Infinitivis Verborum Personalium socientur cum Nominativo. *Cic. Att. 9. 13.* Ut bonus vir, gratus, pius esse possim. *Virg. Ecl. 10.* Solet esse gravis cantantibus umbra.

Nec imitabere illud Lucretii lib. 1. velut obsoletæ antiquitatis. Quippe etenim quàm multa tibi me fingere possum.

Ea-

Eadem verò verba si compulentur cum infinitis sextæ Impersonalium, tertiam tantùm personam singularis numeri agnoscunt. *Curt. lib*, 8. Consilii pœnitere eum cœpit, *cominciò a pentirsi della risoluzione. Ovid. lib. 2. de Rem. Am.* Incipiet Dominæ quemque pudere suæ. *Sen. epist.* 10. Si te pudere desierit, *se tralascerai di vergognarti*.

Ista Verba Servilia Infinito adhærentia nunquam fient passiva; sed si passivè Italicè pronuncientur, verbum infinitum sequens latinè fiat passivum. Ideò ne dicas: pecunia debetur solvere, *si deve pagare il denaro*; sed, pecunia debet solvi. *Cic. 2. de Nat.* Intelligi debet. *Cic. 1. de Orat.* Ut scribi solet. *Id. l. 4. ep.* 7. Si vinci dignitas non potest. Nec imitabere illud Pacuvii. *Si qua potestur investigari viâ*. Et Lucretii lib. 4. v. 1034. *Quod tamen expleri nulla ratione potestur*.

OBSERVATIO P. P. C.

Cùm infinitivis passivis Cœpi, Desino, Queo, Nequeo, in præteritis activè, & passivè usurpantur. *Ter. Eun.* 5. 6. Ubi satias cœpit fieri. *Satias* pro Satietas. *Cas. 2. B. C.* Lapides jaci cœpti sunt. *Plin. lib.* 2. Turres desiere fieri. *Cic. 9. epist.* 21. Papisius est vocari desitus. *Cat. 1. Orig.* Fanum id nequitum exaugurari, *non si potè profanare*.

De Conversione Infinitivi per particulam Quòd.

Reg. VII. P. T. C.

PRo Infinitivo uti licet modo Indicativo, vel potiùs Conjunctivo cum particula *Quòd*, non modò quando est causale: ut gaudeo, quod convalueris; Doleo, quod ægroes; sed etiam cùm narrationi simpliciter inservit. *Cic. 6. Verr.* Non tibi obiicio, quòd hominem spoliasti. *Id. Att.* 10. 4. Cùm scripsisset,

quòd

quòd me cuperet ad urbem venire. *Claud. de Rapt. Prof. lib* 3. Non credit, quòd bruma rosas innoxia servet.

At hæc structura Tironibus indicetur potiùs, quàm inculcetur, ne eidem plus justo assuescant, licet apud optimos latinę linguę Scriptores exempla occurrant.

OBSERVATIO P. S. C.

Indicativus modus, vel Conjunctivus non ineleganter est in usu, etiam sine particula Quòd. Hoc pacto. *Plau. Merc.* 5. 1. Ludis me, credo. *Id. Mil.* 2. 4. Carebis, credo, oculis. *Teren. Haut.* 2. 1. Si mihi secundæ res de amore essent, jamdudum, scio, venissent: pro venturos fuisse.

De Conversione Infinitivi per particulam Ut. Reg. VIII. P. T. C.

Uti possumus Conjunctivo cum particulâ *Ut* pro Infinito: si actio antecedentis Verbi est veluti causa, ex qua sequatur actio, tamquam effectus verbi consequentis. Sive dicas: si post verbum, unde pendet Infinitus, sequitur tempus præsens, aut imperfectum Conjunctivi, significatque aliquid nondum effectum. *Teren. Eun.* 4. 7. Faciam, ut hujus loci semper memineris. *Sal. Jug.* Adherbali suadent, uti oppidum Jugurthæ tradat. *Uti* pro *Ut*. *Plau. Cur.* 1. 2. A me petivit opere maximo, ut canerem. *Cic.* 2. *Verr* Ut magnoperè caverem, præmonebat.

Cùm negamus, pro particulâ Ut, apponimus Ne. Sic: Cave, ne dicas, *guardati di non dirlo.* Vide, ne feceris, *vedi di non lo fare.* *Cic.* 5. *Acad.* Cave, ne capiaris; ne fallaris, vide.

OBSERVATIO I. P. S. C.

Particula Ut, interdum reticetur. *Cic.* 6. *ep.* 7: Totum negotium sustineas, oportet. *Sal.* 1. *Hist.*

1. *Hist.* Maneas in sententiâ te hortor. *Cic.*11. *ep.* 3. Tu, velim, nos absentes diligas, & defendas.

Jubeo, es, habet usitatiùs infinitum cum Accusativo. *Cas.* 3. *B. G.* Crassum in Aquitaniam proficisci jubet. *Cic. pro Dejot.* Jubeo, te benè sperare.

Cum Conjunctivo, & particulâ Ut, est rarissima constructio. *Cic. Att.*13.32. Jussi, ut tibi daretur. *Liv.* 1. 5. Juberet, ut Senatus decerneret.

Et interdum sine Ut. *Ter Eun.*4.4. Jube, mihi respondeat. *Plau. Most.* 3. 3. Jube, in urbem veniat. Rarissimè dicitur: *Jubeo tibi, ut venias;* ut dictum est in *Obs. Reg.* 3. *Activorum*.

Prohibeo, es, & Veto, as: habent potiùs post se infinitum cum Accusativo, quàm conjunctivum cum Ut, & Ne. *Cic.*4.*Acad.* Tu me assentiri vetas. *Id. pro Dom.* Senatum pro me supplicare, prohiberent. *Hor.*2. *ep.*1. Vetuit, ne quis se præter Apellem pingeret. *Liv.* 3. 4. Ne lustrum perficerent, mors prohibuit.

Eadem tria Verba si passivè enuncientur, usurpantur potiùs cum infinito, & Nominativo, ut Dicor, & Videor. *Cic. pro Leg.* Prohibiti estis, in provinciâ pedem ponere, *vi è stato proibito, &c. Liv. Dec.*4. 10. Didas jussus est prosequi eum, *fu comandato a Dida, che accompagnasse colui.*

Rarissima structura, quæ est apud Livium 5.2. Cui Populio Magistratus creare jussum erat.

OBSERVATIO II. P. P. C.

Rarissimè junguntur infinito, sed conjunctivo, additâ particulâ Ut, Verba.

Orandi. Ut, Flagito, Obsecro, Peto, Posco, Postulo, Rogo, &c.

Præcipiendi. Ut, Impero, Mando, Cupio, Opto, &c. Hor-

Hortandi. Ut, Hortor, Moneo, Commoneo, Suadeo, &c.

Curandi. Ut, Curo, Facio, Efficio, Laboro, Nitor, Operam, do, &c.

Permittendi. Ut, Concedo, Permitto, Sino, &c. *Cic. pro Fl.* Vos oro, atque obſecro, ut totam cauſam contemplemini. *Et l. 1. ep. 10.* Quare fac, ut quamprimùm venias. *Caſ. lib. 4. B. G.* Huic mandat, ut exploratis omnibus rebus ad ſe quamprimùm revertatur.

Prætereà. *Accidit, Decet, Expedit, Opus eſt, Præſtat, Sequitur, Volo, Nolo,* & alia, non raró inveniuntur cum Conjunctivo. *Cic. Att. 16. 15.* Accidit, ut ſubitò ille interiret.

Inſuper Videor, cùm ſignificat benè exiſtimare, *parer bene, giudicarſi bene. Ter. Phorm. 4. 2.* Viſum eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiã.

DE GERUNDIIS CAP. XII.

De Gerundio in Di. Reg. I. P. T. C.

Gerundium in Di, cùm ſit Genitivi caſus, regitur à nominibus ſubſtantivis. *Tull. pro Mil.* Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem? *Plau.* Dicendi, non rem perdendi gratiâ, lingua nata eſt mihi. *Id. Stic. 2.* Nunc tibi poteſtas adipiſcendi eſt gloriam.

Et à quibuſdam Adjectivis poſt ſe Genitivi caſum poſtulantibus. Ut ſunt: Avidus, Cupidus, Gnarus, Neſcius, Inſuetus, Peritus, & id genus alia. *Cic. 10. 18.* Accidit mihi, quod homini prudenti, & cupido ſatisfaciendi Reipublicæ, bonisque omnibus, accidere ſolet. *Virg. 4. Æn.* Certus eundi.

OBSERVATIO I. P. P. C.

In hoc Gerundio, Subſtantivi rariſſima eſt Eclipſis, ut apud *Terentium Adel. 2. 4.* Ne id aſſentandi facere exiſtimes. *Aſſentandi* regitur à Sub-

à Substantivo, *Causa*, suppresso. *Et Cic. epist. ad Ter.* Cùm haberem in animo navigandi; *hic supple* voluntatem.

Pro Gerundio in Di, rarò usurpatur Infinitivus; idque ferè à Poëtis, & Historicis. *Plau. Capt.* 2. 3. Adest occasio benefacta cumulare; *pro* cumulandi. *Stat.*3.*Theb.* Imperiique haud flectere molem nescius, *pro* flectendi.

OBSERVATIO II.

Gerundia in Di, rarò habent Genitivum pluralem pro Accusativo ejusdem numeri. *Luc.* 5. Pœnarum solvendi tempus. *Cic. Phil.* Utrum M. Antonio facultas detur agrorum suis latronibus condonandi.

Hic alii sentiunt Gerundia in Di, esse etiam numeri pluralis, ac proinde adhærere genitivo. Aliis verò placet genitivos Gerundiis adhærentes regi ab Infinitivo non expresso, accusativi loco posito; ac si dicatur: Tempus solvendi solvere, *hoc est*, solutionem pœnarum.

De Gerundio in Dum. Reg. II. P. T. C.

GErundium in Dum, cui solent præire Verba motûs ad locum, aut adjectiva: Aptus, Audax, Facilis, Difficilis, Idoneus, Paratus, Promptus, Segnis, & hujusmodi Accusativum requirentia, sæpissimè habet præcedentem præpositionem ad. *Liv.*3. 1. Se venisse ad liberandum eos, dictitans. *Cic.* 5. *epist.* 17. Nullo loco deero ad levandũ fortunam tuam. *Plin. lib.* 7. *cap.* 40. Vana mortalitas, & ad circumscribendum se ipsam ingeniosa.

Rarò præcedunt, ob, inter, ante, & aliæ. *Quint.*4.*c.*6. Plus eloquentia circa movendum valet. *Virg.Georg.*3. Ante domandum ingentes tollunt animos. *Id.ecl.*9. Et potum pastas age, Tytire, & inter agendum, occursare capro, cornu ferit ille, caveto. Meliùs dices cum his

præ-

præpositíon. pro, *ante studendum*, antequam studeas; *inter cœnandum*, inter cœnam; &c.

De Gerundio in Do. *Reg. III. P. T. C.*

GErundium in Do, si sit Dativus, pendet à Verbis, aut à Nominibus Dativo adhærentibus. *Cic. in Orat.* Magna animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem. *Plau. Pœn.* 1.2. Nos lavando operam dederunt. *Plin.* 19. *cap.* 11. Nullum semen ultra quadrimatum est serendo.

Si verò fuerit Ablativus; aut erit veluti Ablativus Modi, Instrumenti, & hujusmodi. *Liv.* 4. 4. Amicitiam hostes juvando violaverat. *Cic.* 2. *Off.* Laudem consequebare equitando, jaculando, omnia tolerando. *Salust. in ep. Pomp. ad Sen.* Fessus scribendo, mittendoque legatos, omnes opes meas consumpsi. *Cic.* 2. *Tusc. ubi de Lacedamoniis loquitur.* Erudiunt juventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando.

Aut habebit aliquam ex his præpositionibus A, ab, è, ex, de, in, pro sententiarum varietate. *Cic.* 2. *Orat.* Vos Jureconsulti à discendo deterrent. *Teren. Adel.* 5. 9. Id non fieri ex verâ vitâ; sed ex assentando, indulgendo, & largiendo. *Cit.* 1. *Verr.* Contentio de accusando. *Liv.* 3. 10. In alloquendo victorem.

Rarissimè admittit Pro, & Cum. *Quint.* 1. 5. Scribendi ratio cum loquendo conjuncta est. *Plau. Aul.* 3. 3. Pro vapulando abs te mercedem petam. Utaris potiùs cum illis præpositionibus nomine verbali, dicendo: cum locutione: pro verberibus, &c. *Sine*, vel *absque*, non adjungitur huic Gerundio. Non enim dices: sine studendo non proficies; sed, non studendo; vel, sine studio.

De Gerundio Passivo . Reg. IV. P. S. C.

GErundium eadem terminatione in di, do, dum, si passivè usurpetur; Ablativum, aut Dativum Passivorum more non admittit. *Just. in praf.* Quod ad te non tam agnoscendi, quàm emendandi causâ transmisi, *il che t' ho mandato, non tanto per esser conosciuto, quanto per essere emendato. Varro de re rust.* 1. 1. Quæ sit idonea terra ad colendum, *qual terra sia atta ad esser coltivata. Virg.* 2. *Æn.* Ægrescitque medendo, *s' inferma medicandosi.*

De Gerundivis. Reg. V. P. T. C.

GErundia Accusativum regentia, accito in suum ipsorum casum eodem Accusativo, si opus fuerit, genere, & numero cum eo consentiunt; & Gerundiva dicuntur. *Sal. Jug.* In spem recuperandæ pacis adductus. *Plau. Truc.* 2. 4. Quoniam tui videndi est copia. *Cic. in Cat.* 1. Multi Principes civitatis tuorum consiliorum reprimendorum causâ profugerunt. *Cic.* 2. *Orat.* Præcepta ad pertractandos animos. *Curt.* 6. Feracissimum gignendis uvis solum est. *Liv.* 4. 4. *Maced.* Romanorum amicitiam sociis nostris oppugnandis violaverant. *Id.* 7. Prœlia de occupando ponte crebra erant.

Probè dixeris: do tibi libros ad legendum, & libros legendos, *libri da leggersi, a leggere, per leggere, acciò si leggano.* Mihi tradidisti pueros erudiendos, & pueros ad erudiendum. *Liv.* 5. 1. Muros faciendos locaverunt. *Ibid.* Porticum faciendam curaverunt. *Cæs.* 3. *B. C.* Eripiendas his civitates dedit.

CUm Verba, Debeo, Oportet, Decet, Necesse est, antecedunt Infinitum, uti possumus Participali in *dum*, adjuncto verbo substantivo *sum* cum Dativo, aut Ablativo præpositionem à, vel ab, sibi copulante, Passivorum ad instar. *Cic. de senect.* Moriendum est omnibus, *tutti devon morire, da tutti si deve morire, o si ha da morire, bisogna, che tutti muojano, tutti son necessitati a morire. Id pro leg. Manil.* Quibus est à vobis consulendum. *Id. Att.* 7. 3. Valde ego ipsi pœnitendum puto, *stimo, che egli deva pentirsi non poco.*

OBSERVATIO

Rarissima est structura Plauti. *Epid.* Aliqua consilia reperiendum est. *Et Varr. 6. de re rust.* Radices ejus in Etruriâ quærendum est, ut penè in desuetudinem abierit. Nam usitatiùs est, ut accusativus, si quem verbum regat, in nominativum transferatur hoc pacto. Tu debes legere libros: Tibi legendi sunt libri. Filius reprehendendus fuisset à Patre. *Cæs. 2. B. G.* Cæsari omnia erant agenda, acies construenda, milites cohortandi.

DE SUPINIS. CAP. XIII.

De Supino in Um. Reg. I. P. S. C.

SUpinum in Um activum pendet à Verbis, motum ad locum significantibus; ante se nullum, post se suorum verborum casus requirit. *Virg. 2. Æn.* Graiis servitum matribus ibo. *Sal. Jug.* Bonos perditum eatis. *Cic. de Div.* Si ea dormientes agerent, quæ somniarent, alligandi essent omnes, qui cubitum irent. *Plau. Aul.* 3. 3. Coctum ego, non vapulatum conductus fui. *Vapulatum*, passivè significat.

VARIATIO LOCUTIONIS PER SUPINUM, ET ALIA.

Son venuto a salutare gli amici: omnibus his modis latinè explicatur. Veni huc causâ salutandi amicos; salutandorum amicorum; ad salutandum amicos; ad salutandos amicos; ut salutarem amicos; salutatum amicos; salutaturus amicos; & salutare amicos; sed hoc ultimum à Poëtis tantùm usitatum.

Siquidem Poëtæ præcipuè pro Gerundio in *dum*, & Supino itidem in *um*, post verba motûs, & nomina quædam adjectiva, utuntur etiam Infinitivo modo: quæ locutio Græcis est propria. *Plau. Bacch.* 4. 4. Venerat modò aurum petere. *Hor. l.* 1. *od.* 12. Nobilis superare. *Et* 3. Audax omnia perpeti Gens humana.

De Supino in U. Reg. II. P. S. C.

Supinum in U, plerumque passivum, seu potiùs Ablativus, & Dativus imminutus quartæ declinationis, post se nullum casum admittit. Pendet autem ab Adjectivis, qualia sunt: Absurdus, acerbus, arduus, asper, difficilis, facilis, fœdus, gravis, pulcher, terribilis, turpis, utilis, & his similia. *Cic.* 1. *de Orat.* Quid tam jucundum cognitu, atque auditu? *Id.* 2. *Off.* Dictu est proclive. *Id. de Uni.* Difficile factu est. *Virg.* 3. *Georg.* Mala tactu vipera.

Regitur etiam ab his substantivis indeclinabilibus, fas, nefas, opus est. *Cic.* 5. *Tusc.* Si hoc fas est dictu. *Id.* 1. *de Inv.* Quod scitu opus est.

Variatur hujus Supini constructio, ut: Liber dignus lectu, vel legi; qui legatur. Liber legendus. *Quint. l.* 10. *c.* 1. Lyricorum Horatius ferè solus legi dignus, *pro* lectu.

DE PARTICIPIORUM CONSTRUCTIONE.

CAP. XIV.

De Participiis. Reg. I. P. T. C.

OMnia Participia eamdem constructionem requirunt, quam habent verba, à quibus oriuntur. *Cic. 2. de leg.* Cœlum, atque terram tuens, atque regens Deus. *Liv. l. 4.* Atticus ingenti predâ potitus Romam redit. *Ter. prol. Heau.* Acturus sum cœmediam.

Si in nomina abeant, nominum constructionem sequuntur. Ut: Consultus juris, & justitiæ. Expertus belli. Occultus odii, scitus lyræ, ignotus omnibus, &c.

De Participiis in Ns. Reg. II. P. T. C.

PArticipia in Ns, cum in nomina degenerant; genitivum etiam regunt. Ut: Amans patriæ, observans amicorum, sitiens honorum, & hujusmodi alia: sunt enim idem, ac amator, observator, sititor. *Cic. pro leg. Man.* Appetentes gloriæ fuistis. *Cas. 1. B.C.* Fugiens laboris.

Tria participia Exosus, Perosus, Pertæsus passivæ formæ, cùm activè significant, Accusativum adsciscunt. *Virg. 5. Æn.* Jupiter exosus Trojanos, *Giove odiando i Trojani. Colum. 9. cap. 5.* Perosa segnitiem. *Suet in Cas. 62.* Pertæsus morum perversitatem.

Pertæsus etiam Genitivum regit. *Virg. 4. Æn.* Pertæsus thalami.

OBSERVATIO P. P. C.

Participiis accensentur nomina in *bundus*: habent enim eamdem structuram, & significationem, ac participia in Ns, licet non sint usurpanda, nisi ex auctoritate veterum. *Apul. 4. de Asin. aureo.* Multi mirabundi bestiam confluebant, *maravigliandosi della bestia. Sal. 3. fragm. Hist.* Vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit.

DE ADVERBII CONSTRUCTIONE.

CAP. XV.

De usu Adverbii.

ADverbium raró nomini substãtivo adjungitur. *Plau. Pseu.* 1. 2. Neque homines magis asinos unquam vidi: ita plagis costæ callent. *Fab.* 5. *cap.* 9. Parùm viri signa.

Sæpè verò cæteris partibus. *Poet. Vet. apud Cic.* 2. *Phil.* Malè parta, malè dilabuntur. *Suet. Aug. c.* 25. Festina lentè. *Agell.* Impensè doctus, *assai dotto.* Oppidò peritus, *molto erudito.* Et apud alios. Admodùm amplus. Apprimè rectè, Benè tardus. Perquàm breviter. Satis litteratus. Facilè Princeps.

Adverbium nonnunquam ponitur pro Nomine; & tunc nominativi, vel accusativi vicem gerit. Ut: Benè est. Propè est. Benè dico. Malè dico. Malè audire, *aver cattivo nome.* *Cic.* 1. *Off.* Quibus benignè videbitur fieri, *a i quali parrà, che si faccia cortesia.* *Id.* 5. *de fin.* Benè audire à parentibus, *aver buon nome appresso i genitori.*

Nomen adjectivum aliquando pro Adverbio inservit, præcipuè apud Poëtas. *Virg.* 6. *Æn.* Horrendum stridens, *pro* horrendè *Id. ecl.* 3. Transversa tuentibus, *pro* transversim. *Ter. Hecy.* 1. 2. Nullus dixeris, *pro* ne dixeris.

Due negationes affirmandi vim habent. *Juv. satyr.* 6. Nil non permittit, *pro* omnia permittit. Tertia quoque negatio affirmat. *Cic. lib.* 2. *ep. st.* 18. Non vereor, ne non scribendo te expleam, *sono sicuro, che ti soddisfarò collo scrivere.*

Verùm aliquando duæ pro unâ usurpantur. *Enn. Erecht.* Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. *Plau. Epid.* 4. 1. Neque, ea

ea ubi nunc sit, nescio. At hujusmodi exempla cognitione magis, quàm imitatione, digna sunt.

Tam, Tantum, Quam, Quantum, tum Verbis, tum Nominibus junguntur. Meliùs tamen Tam, Quam Nominibus præponas; & Tantum, Quantum Verbis.

Quàm ut, venustè post Comparativa collocatur. *Sen. ep. 6.* Major sum, & ad majora genitus, quàm ut mancipium sim mei corporis. *Cic. 1. de nat. Deor.* Hæc sunt dicta subtiliùs, quàm ut quivis ea possit agnoscere. *Sic.* Doctior es, quàm ut Magistro indigeas, *sei tanto dotto, che non hai bisogno di Maestro.*

Post Comparativa, *Plùs*, *Ampliùs*, *Minùs*, sæpè Quàm reticetur. *Sal.* Hominum cæsa plùs duo millia, hoc est, plusquam duo millia, *quæ Eclipsis sæpe occurrit.*

Interdum ponitur *Quàm*, non expresso *potiùs*, *magis*, aut simili comparativo. *Tac. de Judæis 5. Histor.* Corpora condere, quàm cremare, è more Ægyptio, *idest*, potiùs condere, seu sepelire.

Aut etiam, *post* non expresso. *Liv. 21.* Octavo mense, quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum, *idest*, octavo mense postquàm, &c.

Cum verbo, *possum*, sæpè, *quàm*, Superlativis additur. *Sal. in Cat.* Quàm verissimè potero, paucis absolvam. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aves nidos quàm possunt mollissimè substernunt.

Interdum, *possum*, omittitur. *Cic. 16. ep. 21.* Quàm celerrimè mihi librarius mittatur. *Id. 13. ep. 6.* Vehementer te rogo, ut cures, ut Cuspius quàm maximas, quàm primùm, quàm sæpissimè gratias agat.

Superlativis similiter copulatur, sequente,

Tam.

Tam. *Cato de re rust. cap.* 65. Quàm plurimam brassicam ederit, tam citissimè sanus fiet.

Raro jungitur Comparativo. *Val. Max. c.* 7. Quàm libentius, tam etiam religiosius erit.

Multò, Tantò, ac Quantò reperiuntur ante Superlativa. *Cic. pro L. Man.* Multò jucundissimus. *Catul. ad Cic. carm.* 50. Tantò pessimus omnium Poëta, quantò tu optimus omnium patronus.

Itidem, *Longè*, ante Comparativa, & Superlativa. *Virg.* 9. *Æn.* Longè melior. *Cas.* 1. *B. G.* Longè sunt humanissimi.

Dicitur: Longè aliter; Longè diversus; Longè post; Longè ante; Paulò post; Paulò ante.

De Adverbiis cum Nominativo. Reg. I.
P. T. C

Ecce, præponuntur Nominativo, aut Accusativo, sed, intellecto verbo, *adest*, *video*, aut nihil. *Cic. Quæst. Acad.* 4. Ecce Lampsacenus Strato. *Hoc est*: adest. *Virg. ecl.* 5. En quatuor aras, *idest*, video.

Quandoque habet additum dativum, Tibi. *Cic. Att.* 2. 15. Ecce tibi Sebosus.

De Adverbiis cum Genitivo. Reg. II.
P. T. C.

Abundè, affatim, ampliùs, instar, largiter, nimis, parùm, partim, satis, & per Apocopen, sat, & alia, Genitivo adhærent. *Virg.* 7. *Æn.* Terrorum, & fraudis abundè est. *Liv.* 10. Habetis affatim lignorum. *Plau. Cist.* 5. 1. Tibi liberorum est ampliùs. *Cic. Att.* 10. *ep.* 4. Ea verò (*epistola*) quæ voluminis instar erat. *Plau. Rud.* 4. 4. Credo inesse auri, & argenti

 lar-

largiter. *Sal.Cat.* Satis eloquentiæ, ſapientiæ parum. *Cic. 2. de fin.* Teſtium ſat eſt.

Ergo, pro gratiâ, ſeu causâ, poſt ſe pariter genitivum habet. *Virg. 6. Æn.* Illius ergo venimus. *Cic. de opt. Or.* Eum donari virtutis ergo, *che sia premiato per la virtù*. Sic: Honoris ergo, *per onore*. Religionis ergo, *per devozione, &c.*

Item poſt antiquos accuſativos, Eò, Huc, *a tal termine, a tal ſegno.* *Plin. in Trajan.* Eò dementiæ, favorisque proceſſit. *Tac.3.Ann.* Huc arrogantiæ venerat. *Sic:* Eò calamitatis proceſſit. Huc paupertatis ventum eſt, &c.

Adverbia Superlativa junguntur genitivo non ſecùs, ac ipſa nomina. Ut optimè omniū, elegantiſſimè oratorum. *Liv. 4. 2.* Omnium minimè Ætolis credo. *Plin. 8.12.* Animalium maximè odere murem elephanti.

Hunc genitivum mutant in ablativum ex. *Cic. 2. de Orat.* Quem Craſſus dilexit omnibus plurimùm.

OBSERVATIO P. P. C.

Poſt Adverbia loci, Ubi, Quò, & alia ab his compoſita, reperiuntur genitivi, plerumque per Pleonaſmon, Terrarum, Locorum, Gentium. *Cic. pro Rab.* Ubi terrarum ſumus? *Plaut. Bacch. 4. 7.* Quò gentium? *Horat. 1. epiſt. 3.* Ubicumque locorum vivitis.

Item poſt hæc adverbia ejuſdem indolis. *Plau. Pſeu. 4. 2.* Undè hunc eſſe dicam gentium? *Liv. 4. 10.* Perfugium ſibi nuſquam gentium ait, *in neſſun paeſe*. *Cic. Att. 6. 3.* Abes longè gentium. *Plau. Mer.* Minimè gentium, *in neſſun modo*. *Id. Amph. 4. 3.* Quando gentium? *quando mai?* *Apul. 1. Metam.* Ubique itineris, *in tutto il cammino*.

Quoad

Quoad, admittit genitivum *Ejus*. *Cic.* Elaboro quoad ejus facere possum, *mi affatico quanto mai posso*.

Tunc, cum genitivo reperitur apud Justinum lib. 1. Tunc temporis. Sed insolens est.

De Adverbiis cum Dativo, aut Accusativo Ad. *Reg. III. P. T. C.*

QUædam Adverbia construuntur cum dativo, vel accusativo, cum præpositione Ad, adinstar adjectivorum, unde formantur. *Cic.* 1. *Off.* Convenienter rationi dicere. *Id.* 3. *de fin.* Congruenter naturæ vivere. Quia, Conveniens, Congruens, cum dativo construuntur.

Sic *Cic.* 7. *de Orat.* Loqui aptè ad rerum dignitatem. *Ibid.* Dicere accommodatè ad varietatem. *Et* 1. *de Inv.* Dicere appositè ad persuasionem. Quia Aptus, Accommodatus, Appositus etiam accusativo adhærent.

De Adverbiis cum Accusativo, & aliis casibus. *Reg. IV. P. T. C.*

PRidiè, & Postridiè accusativum, vel genitivum habent. *Cic. l.* 3. *ep.* 5. Pridiè Kalendas Sextilis puto me Laodiceæ fore. *Id.* 1. *ep.* 4. Pridiè ejus diei. *Id. Att.* 12. 40. Postridiè Idus. *Ibid.* 41. Postridiè Iduum.

Abhinc, tempus præteritum notans, accusativo, vel ablativo hæret. *Cic.* 3. *Verr.* Quæstor fuisti abhinc quatuordecim annos, *quattordici anni fa*. *Plau. Most.* 2. 2. Qui abhinc sexaginta annis occisus foret.

Post nomina tempus significantia ponitur relativum *qui*, *qua*, *quod*, cum antecedente conveniens; vel, *cum*, *postquam*, *ex quo*, *ut*. Sic: Multi elapsi sunt anni, quibus non te vidi.

Cic. 2.*Off.* Decem anni sunt, cùm lata lex est. *Plau.Men.*2.1. Annus sextus est, postquam rei huic operam damus. *Tac.* 4:*Ann.* Quartus decimus annus est, ex quo spei tuæ admotus sum; octavus, ut imperium obtines.

Propè, *vicino*. Propiùs, *più vicino*. Proximè, *vicinissimo*; & accusativo, & ablativo cum à, vel ab præponuntur. *Cic.* 2. *de Inv.* Hostes propè muros castra habent. *Id. in Pis.* Propè à meis ædibus sedebas. *Liv.* 3. 4. Cessere propiùs pacata loca. *Cic.* 5. *de Nat.* Stellæ aliæ propiùs à terris moventur.

De Adverbiis cum Ablativo. Reg. V. P. T. C.

ADverbia comparativa, sicuti Nomina, ablativum postulant. *Cic. pro Sex.* Alius alio ornatiùs. *Ovid.* Solito velociùs. *Virg.* 1. *Æn.* Dicto citiùs.

Longè, procul, seorsum, separatim, ablativo præpositione à, vel ab, sociato adhærent. *Cic.*4.*Verr.* Oppidum est non longè à Siracusis. *Tusc.*5. Procul ab omni metu. *Id.*2.*ep.*6. Separatim à reliquis civitatibus. Dicitur etiam: Procul dubio, Patriâ procul. *Tac.* 12. *Ann.* Procul mari.

Unà, Pariter, Simul, eleganter ablativo, qui comitatûs dicitur, junguntur. Sic: Unà cum Francisco. Simul cum Petro, &c. *Cic.* 8. *Tusc.* Animus voluptatem pariter cum corpore percipit.

DE PRÆPOSITIONIS CONSTRUCTIONE CAP. XVI.

QUæ sint Præpositiones, & quibus inserviant casibus, dictum est in Rudimentis.

Non-

OBSERVATIO I.

Præpositio interdum suo adempta casui adjungitur verbo. Ut Adeo Regem. Ingredior urbem. Decedo Provinciâ. Domum egredior, *Ideſt*, extra Domum. Poteſt etiam iterari. Ut: Adeo ad Regem. Ingredior in Urbem. Decedo de Provinciâ. *Cic. de cl. Orat.* Nihil non conſideratum exibat ex ore.

OBSERVATIO II. DE PRÆPOSITIONIBUS; QUÆ ACCUSATIVO SERVIUNT.

Adversùs, & Adversùm ſumuntur etiam pro Contra, & Erga. *Cic. Att.* 14. 4. Si duriorem te præbes, non contendam ego adversùs te. *Id. 1. de Nat.* Juſtitia adverſùm Deos.

Ante, & Poſt, ſi interſeruntur, aut poſtponuntur nomini tempus ſignificanti, cum ablativo uſurpantur. *Cic. 10. ep. 25.* Non multis ante diebus. *Id. de Inv.* Multis poſt annis. *Pro Flac.* Aliquot annis poſt. *Ter. Hecy.* 3. 3. antepoſuit, *poſt*. Poſt duobus menſibus.

Circùm dicitur de loco. Ut: circùm littora, circùm montes. Circiter verò de ceteris. *Liv. 2. 8.* Decem circiter millia paſſuum. Plautus tamen *Ciſt.* 4. 2. ait: Hæc loca circiter.

Erga, *verſo. Cic.* 3. *Catil.* Summus erga vos amor. *Plau. Pſeu.* 4. 3. uſus eſt *erga*, pro *contra*, quod rarum eſt. Malus erga me. Idem Plautus indicans locum poſuit, *erga*, pro *contra*, aut *è regione*. *Truc.* 2. 4. Noſtras quæ erga ædes habet.

Intra, *dentro*, dicitur de ſpatio temporis, aut loci. *Plau. Curc.* 3. 1. Intra viginti dies. *Cic.* 5. *Verr.* Locus intrà Oceanum nullus eſt.

Versùs suo casui postponitur. *Plau. Amph.* 4. 3. Portum versùs volito. *Varr. de re rust.* Ab hac ambulatione in agrum versùs.

OBSERVATIO III. DE PRÆPOSITIONIBUS ABLATIVO SERVIENTIBUS.

A, vel ab, motum de loco plerumque significant.

Venustus est etiam ejus usus. Ut: à Secretis, *Segretario*: à Poculis, *Coppiere*: à Consiliis, *Consigliere*: à Cubiculis, *Cameriere*: à Thesauris, *Tesoriere*: ab epistolis, *Scrittor di lettere*: à pedibus, *Lacchè, Staffiere. Cic. Att.* 8. 5. Servum à pedibus meum Romam misi. *Id.* 12. 25. Usuram à Faberio repræsentabimus, *per mano di Faberio*. *Plau. Curc.* 5. 2. Ego pro istâ re solvi à Trapezitâ meo, *per mano del mio Banchiere*. *Cic.* 1. *de Inv.* Quod nihil à nobis faciat, *che non fa per noi*. Pro quo etiam dicitur: cum aliquo. *Id. de Div.* Si ratio mecum facit, *se la ragione è in mio favore, o dalla mia*.

Cum, his pronominibus adjunctum, postponitur: Mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum.

Præ, eleganter substantivis animi affectus significantibus præponitur, ut, præ magnitudine doloris, præ tristitiâ, præ lætitiâ, &c.

OBSERVATIO IV. DE PRÆPOSITIONIBUS, QUÆ AUT ACCUSATIVO, AUT ABLAT. INSERVIUNT PRO VARIA SIGNIFICATIONE.

In, cùm motum significat, accusativum postulat. Ut, abi in malam rem: proficiscere in exi-

exilium. Et cum ponitur pro erga, circa, supra, contra. *Cic. de Inv.* Pater habet potestatem in filios, hoc est, *supra filios*. *Cic. pro Dejot.* Qualis Rex Attalus in Africanum fuit. *Ter. Heau.* 2. 1. Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices.

Et cùm finem significat. *Plau. Aul.* 2. *sc.*3. Hos accipias coquos, & obsonium in nuptias. *Vide praeceptum de Causa finali.*

Varius est, ac pervenustus usus hujus Praepositionis. *Cic.*3. *de leg. Agr.* Actio constituta est in mensem Januarium. Sic. In multos annos; in singulos dies, *ogni dì*. Pretium, Tributum imponere in capita: *per testa, per persona*. *Liv.* 7. 2. Sestantibus collatis in capita. *Varr. de re rust.* 2.10. In octogenas oves singulos pastores constitui. *Cic. Q. Fr.*3. 1. Se ternis nummis, in pedem tecum transegisse dicebat. Sic; hoc tanti venditur in libram, vel in singulas libras, aut pro qualibet librâ, *tanto la libbra*. Servilem in modum, *da servo*. Dicere in hanc sententiam, *di questo tenore*. Pulcher in speciem, *in apparenza*. In orbem, *in giro*.

Si verò quietem significat, ablativo gaudet. *Cic.*11.*ep.* 23. Ego in Italiâ morabor.

Pro *inter*, ablativo potiùs, quàm accusativo servit, ut, referre in Deos; amicitia est in bonis. *Cic. de clar.* Fannius in mediocribus Oratoribus habitus est, *pro* inter mediocres.

Veteres rarò accusativo, & ablativo sine discrimine, cùm sive motus, sive quies significaretur, praepositionem *in*, sociarunt, quorum exempla pueri omninò fugiant. *Plau. Aul.*3.*s.* Qui mihi intromisisti in aedes quingentos coquos. *Cic. pro leg. Man.* In praedonum fuisse potestatem sciatis. *Varr.* 4. *L. L.* Qua in Coelio monte itur. *Curt.* 3. Darium in Ciliciam fore

nunciatur. *Cic.* 1. *Verr.* Esse in amicitiam populi Romani.

Sub, cùm motum indicat, regit accusativum. *Cic.* 1. *Acad.* Sub sensus cadit, *è sensibile*. *Virg.* 2. *Georg.* Sarmenta sub tecta referto.

Et cùm tempus indicat, & sumitur pro post, paulò post, circiter, paulò ante. *Cic.* 1. *epist.* 2. Sub dies festos, *dopo le feste*. *Liv.* 23. Sub adventum Pretoris Pœnus agro excessit, *nell'arrivare, o intorno alla venuta del Pretore*. Sic: sub finem, *intorno al fine*. Sub lucem, *nel far del giorno*. Sub noctem, *su la sera*, *&c.* Sed Claudianus *Bel. Get.* hac significatioue usurpavit ablativum. Exit hibernâ sub nocte Leo.

Cum Verba quietis; ablativum requirit. *Varr.* 3. *de re rust.* 14. Sub dio sumendus est locus, *alla scoperta*, *al sereno*. *Cic.* 2. *de Nat.* Qui sub terrâ habitassent.

Super, si motus significetur, accusativo servit. Et cùm ponitur pro *præter*. *Suet. in Claud.* Super cætera flagitia. Item pro *ultra*. *Virg.* 6. *Æn.* Super Garamantas, & Indos.

Si quies notetur, utrique casui adjungitur. Ut. Jacere super pavimentum: super tumulo collocare.

Pro, *de*, ablativo dumtaxat. *Cic. Att. l.* 14. 24. Quid nobis agendum sit super legatione votivâ.

Subter utrumque casum regit. Poëtis usitatior ablativus; Oratoribus verò accusativus. *Liv.* 4. 4. Subter terram per dies vigintiquinque pugnatum est. *Virg.* 9. *Æn.* Ferre juvat subter densâ testudine casus.

DE

DE INTERJECTIONIS CONSTRUCTIONE. CAP. XVII.

Regula I. P. T. C.

AH, Aha, Vah, nominativo gaudent. *Ov.* 2. *Trist.* Ah ferus, & nimiùm nobis crudelior hostis. *Ter. Phor.* 2. 3. Ah, ah, hæ homo suavis. *Plau. Mil.* 4. 1. Vah delicatus.

Hem, nominativo, & accusativo copulatur. *Ter. Eun.* 5. 1. Hem misera occidi. *Id. And.* Hem hominis audaciam.

Hei, & Væ dativum asciscunt. *Virg.* 2. *Æn.* Hei, mihi qualis erat. *Plau. Men.* 3. 2. Væ capiti tuo. Hei, interdum quoque accusativum, & vocativum. *Plau. Mostel.* 3. 2. Hei me miserum. *Et Aul.* 1. 4. Hei Magadore, haud decorum facinus facis.

Heu, tam dativo, quam accusativo, & vocativo, jungitur. *Plau. Merc.* 4. 4. Heu misero mihi. *Virg.* 7. *Æn.* Heu stirpem invisam. *Et* 6. Heu, pietas, heu prisca fides.

O, cum est vocandi particula, vocativo additur, aut præteritur. *Ter.* O Dave, ades dum? *Cic. pro Rosc.* Credo mirari, Judices. Cùm affectum indicat, raro nominativo; sæpè accusativo, & vocativo præponitur. *Ter. Phor.* 2. 2. O vir fortis, atque amicus. *Virg.* 1. *Georg.* O fortunatos, sua si bona norint, agricolas. *Ter. And.* 1. 5. O salve, Pamphile. Cum levior est affectus, negligitur. *Id. ibid.* Miseram me! quod verbum audio?

Pro, vel, Proh, accusativo, & vocativo anteponitur. *Teren. And.* 1. 5. Pro Deûm, atque hominum fidem! *Cic. Phil.* 2. Proh sancte Juppiter.

Re-

Regula II. P. T. C.

O, Optandi, aut exclamandi particula, Conjunctivum exigit. *Virg.*8. *Æn.* O mihi præteritos referat si Juppiter annos. *Plau. Pœn.* 1. 1. O tibi Dii dent bona.

Utinam, sive Adverbium, sive Interjectio, semper conjunctivo jungitur. *Cic.* 14. *epist.* 4. Utinam ea res voluptati sit. *Ovid.Heroid. ep.*1. O utinam obrutus insanis esset adulter aquis.

DE CONJUNCTIONIS CONSTRUCTIONE. CAP. XVIII.

Regula I. P. S. C.

COnjunctio ex se nullum casum requirit, sed tantùm similes casus connectit, cùm ad idem verbum referuntur. *Cic.*2. *de leg.* Placuit Scævolæ, & Coruncano, itemque cæteris. *Id. de senect.* Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorumque specie dicam? *Ter. And.* 2. 1. Nihil aliud, nisi Philumenam volo.

Tunc non connectit eosdem casus, cùm aliter Dictionum proprietas exigit. Ut: Romę, & Neapoli te vidi. Emam libros aut Lugduni, aut Parisiis. Æstimasne domum centum nummis, an pluris?

De Conjunctionibus Ac, Atque, &c.
Reg. II. P. S. C.

POst adverbia; Statim, Continuò, Principiò, Simul, sequuntur Conjunctiones, Ac, Atque, Ut. *Plau. Merc.* 1.1. Principiò atque exiit: *subito, che uscì.* *Cic. pro Quint.* Statim ut rediit, *dopo che, o subito che tornò.* *Cas.* 3. *B. C.* Simul ac appropinquabat. *Cic. 6. Verr.* Continuò ut vidit

vidit. Post, *simul*, sæpè reticentur. *Virg. ecl.* 4. At simul legere poteris.

Inveniuntur etiam postpositæ his vocibus, Æquè, juxtà, perindè, similiter, item, proximè, similis, par, & hujusmodi; & significant, *non altrimenti che*, *come che*, *quasi che*. *Cic. in Sen. post red.* Juxtà ac si meus frater esset. *Id.* 3. *de Nat.* Similiter ac si me roges. *Acad.*4. Perindè ut causa postulat. *Id. lib.* 9. *epist.* 17. Proximè atque ille. *Id.* 3. *de Nat.* Non mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit.

Hæ conjunctiones, Ac, Atque, Quam, postponuntur vocibus: Contrarius alius, dissimilis, contra, secùs, aliter: & significant, *che*, *o di*, *o da quello*, *che*, *come* *Cic.*3. *Verr.* Contrarium decernebat, ac paulò antè decreverat. *Cæs.* 3. *B. C.* Aliæ sunt Legati partes, atque Imperatoris. *Liv.*1.1. Haud aliter, quàm, &c.

De Conjunctionibus cum Indicativo, aut Conjunctivo. Reg. III. P. S. C.

NI, nisi, si, siquidem, etsi, etiamsi, tametsi, quamvis, cùm, pro quia, quod, Indicativo, vel Conjunctivo copulantur. *Teren. Heaut.* 4. 1. Mirum ni illa salva est. *Cic. in Catil.* Siquidem hanc sentinam ejecerit. *Id.* 5. *Att.* 5. Et si aliquantum viæ processero. *Ovid.*3. *Fast.* Mœnia conduntur, quæ quamvis parva fuerunt. *Cic. de Orat.* Etiamsi est in fœnore tolerabili. *Cic. lib.* 13. *epist.* 24. Tibi gratias ago, cùm tantùm meæ literæ potuerunt.

Quia, & præcipuè Quoniam, frequentiùs, Indicativo, quàm Conjunctivo, adhęrent. *Fab.* 12. 1. Non quia prodesse nunquam satis sit. *Plau. Bacch.* 4. 4. Quia tibi aurum reddidi, & quia non te defraudaverim. *Cic. pro Plan.*

Quoniam tu ita vis. *Cic.* 2. *Agr.* Hoc quoniam vos fœdus non jusseritis.

Quin, Imperativo, aut Conjunctivo sociatur, pro, eja, aut age. *Ter. And.* 2. 6. Quin dic: *di' sù. Cic. in somn.* Quin tu aspicias patrem, *orsù rimira il padre. Id.* 7. *Famil.* 8. Quin tu urges occasionem istam?

De Conjunctionibus cum Conjunctivo Reg. IV. P. S. C.

UTrùm, an, num, nec ne, & ne, quæ postponitur: quando dubitationi inserviunt, Conjunctivum desiderant. *Cic. in Pison.* Nemo potest dicere, utrùm iste plùs biberit, an vomerit. *Id.* 2. *epist.* 5. Nescio graturerne tibi, an timeam.

Si, & Licet, cùm ponuntur pro *Quamvis*, Conjunctivo junguntur. *Plau. Merc.* 4. 2. Decem si vocasset ad cœnam viros. *Cic. pro Sex.* Licèt omnes in me terrores impendeant.

Licèt, rarissimè cum Indicativo. *Ulp. de Transact.* Fructus habitationis præstatur, licèt ruinæ subjecta transactio est.

De Conjunctione Ut. Reg. V. P. S. C.

UT, pro, *postquam*, & cùm est admirandi, ac interrogandi particula, Indicativum petit. *Ovid.* 5. *Trist.* 10. Ut sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister. *Plau. Stic.* 3. 2. Ut præ lætitiâ lacrymæ prosiliunt mihi! *Her. epist.* 3. *lib.* 1. Ut valet? ut meminit nostri?

Pro *quamvis* verò Conjunctivum amat. *Ovid.* 3. *de Pont.* 4. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Et cùm causam finalem significat, *acciò, acciocchè, affinchè. Cic. Q. Fr.* 1. *ep.* 1. Non, ut te insti-

instituerem, scripsi. In hac significatione pro Ut, valent etiam, Qui, & Quò; & itidem Conjunctivum amant. *Ter. Prol. And.* Non quì argumentum narret. *Ad Her.*4. Pompejus ignes fieri prohibuit, quò occultior esset ejus adventus.

Item: Ne, ut ne, quone, quominus, *acciocchè non, affinchè non*. *Cæs.* 3. *B C.* Pompejus, ne circum clauderetur, discedit. *Cic. Att.*3. *o.* Tu ad me velim scrbias, ut ne quid ignorem. *Id.*7. *ep.*2. Quod præfinisti, quone pluris emerem. *Liv.* 1. 9. Nec moror, quominùs in civitatem redeam.

Post voces Adeo, Is, Ita, Sic, Talis, Tam; Tantus, Tot: *Ut*, Conjunctivum requirit. *Cic. de Amic.* Tanta vis probitatis est, ut eam etiam in hoste diligamus. *Id. l.*4. *ep.*8. Non ita abundo ingenio, ut te consoler. *Cæs. l.* 4. *B. G.* cùm videret Germanos tam facilè impelli, ut in Galliam venirent.

Et post verba Contingit, Evenit, & similia. *Cic.* 3. *Verr.* Accidit, ut illo itinere veniret.

Vereor, sive Timeo, ac Metuo, ut quid fiat, valet, cupio fieri; sed timeo contrarium fieri. Metuo, nequid fiat: valet, nolo fieri; sed timeo ne fiat. *Sic*: Christianus metuit, ut Turcæ vincantur. Metuo, ne amicus ægrotet, idemque moriatur. Ita dilucet, locutos esse Veteres; sed librariorum inscitiâ post verba metuendi inveniuntur multa antiquorum loca corrupta. *Ter. Eun.* Vereor, ut hic dies mihi satis sit. *Et And.*11. Vereor, nequid mali apportet Andria.

Ut, reperitur cum Infinito pro Conjunctivo: quæ est imitatio Græcorum. *Hor.* 1. *od.* 11. Ut meliùs, quidquid erit, pati: potest tamen intelligi, *possis*; aut, quid simile.

DE

DE QUIBUSDAM PRÆCIPUIS ORATIONIS FIGURIS. CAP. XIX.

FIgura est locutio à vulgari consuetudine parùm recedens; sed rationi, ac Eruditorum auctoritati innititur.

Figurarum præcipuę sunt Eclipsis, Pleonasmus, Synthesis, & Enallage.

De Eclipsi, idest, Defectione.

EClipsis, seu Ellipsis, est, dùm deest aliquid ad plenitudinem sermonis. *Maro.* 5. *Æn.* Tunc pius Æneas humeris abscindere vestem; *intelligitur* cœpit. *Hor.* 3. *od.* 13. Fies nobilium tu quoque fontium; *idest*, unus è numero fontium. *Val. Max.* 4. *c.* 1. Bibulus filios suos Ægypti occisos esse cognovit, *hic deest*. In regione. *Cic. pro Cluen.* Cum servo furti egit, *hoc est*, de crimine. Ita, Ire ad Dianæ, *supple* Ædem. *Ter. Adel.* 4.2. Ubi ad Dianæ veneris, ito ad dextram. *Eun.* 5.7. Nunc id prodeo, *idest*, propter id. *Ovid.* 3. *Met.* Verba refers aures non pervenientia nostras, *nimirùm*, ad nostras aures. Sic: non sum solvendo, *scilicet* Æri, seu Æs, aptus. *Hor. l.* 1. *od.* 11. Sapias, vina liques, *idest*, si sapias, *Ter. And. act.* 4.2. Quid me fiet? *pro* de me. *Id. Phor.* 5. 7. Argentum condonamus te, *pro* quod ad Argentum attinet. Et alibi passim Eclipsis occurrit; sed in omnibus attendenda est Latinæ locutionis consuetudo.

Siquid in oratione desideratur, & assumi potest ex vicinis verbis, Zeugma dicitur. *Clau.* 4. *de Hon.* Virtute decet, non sanguine niti, *idest*: decet niti virtute, non decet niti sanguine.

Si verò occurrat immutari genus, aut numerus, aut aliud orationis attributum, ut sermo com-

compleatur, erit Syllepsis. *Virg.* 1. *Æn.* Hîc illius arma, hîc currus fuit, *suppleas*: hîc illius arma fuerunt, hîc currus fuit.

De Pleonasmo, ideft Redundantiâ.

PLeonasmus est, cum Oratio abundat supervacaneis vocibus. *Plau. Menac.* 4. 3. Pallam illam, quam tibi dudum dedi, mihi eam redde. *Eam* redundat. *Claud. Bel. Get.* Sic ille relinquens jejunos antro catulos immanior exit, Hibernâ sub nocte Leo. *Ille* videtur redundare. *Apul.* 7. *Met.* Gregem universum voluit totum avertere: hîc *totum* abundat. *Ter. Hecy.* 1. 1. Nemo illorum quisquam: hîc *quisquam* Abundat. Alibi occurrunt, quisquam unus aliquis unus, nemo unus. Hac figurâ non facilè utendum.

De Synthesi, ideft Compositione, sive Synesi, quod est Intelligentia.

SYnthesis figura est, qua Oratio non voce, sed sensu cohæret. *Liv. l.* 1. Maxima pars in flumen acti. *Curt. lib.* 4. Duo millia crucibus affixi. *Liv.* 10. Capita conjurationis virgis cæsi. *Ter. Eun.* 2. 3. Dî, Deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est. *Id. And.* 3. 5. Ubi est scelestus ille, qui me perdidit? *Ibi intelligit* hominem senem, *hic* servum scelestum. *Ovid.* 2. *Fast.* Conveniunt, celebrantque dapes vicinia supplex. *Plau. Menac.* 5. 2. Uter meruistis culpam.

De Enallage, ideft Permutatione.

ENallage fit cum pars orationis pro aliâ usurpatur. *Sal. in Cat.* Maturè facto opus est, *hoc est*, facere. *Pers. sat.* 5. Velle suum cuique est, *pro* Voluntas. *Ter. Ad.* 5. 3. Hæc si voles

les cogitare illis dempseris molestiam, *idest*; demes. Nam Enallage fit etiam; cum usurpatur tempus pro tempore, modus pro modo, & alia attributa Orationis pro aliis, *Virg.6. Æn.* Magnum si pectore posset, excussisse Deum, *pro* excutere. *Id.11. Æn.* It clamor Cœlo; *pro* ad Cœlum.

Additur Appositio, quæ est continuatiô duorum substantivorum in eodem casu sine conjunctione. *Cic. 7. ep. lib. 1.* Deliciæ tuæ noster Æsopus. *Hor. 4. od. 8.* Donarem tripodas præmia fortium Grajorum.

His Figuris accensent alii Archaismum, qui est obsoleta constructio, ut Absente nobis, *pro* absentibus. *Ter. Eun. 4. 3.* Nescio quid absente nobis turbatum est domi. Te noceo, & indulgeo, *pro* Tibi, & alia hujusmodi apud Antiquos. Item Hellenismum, quo Græcorum legibus Oratio innititur, ut certare alicui, *pro* cum aliquo, &c.

DE VITIIS ORATIONIS CAP. XX.

Duo sunt præcipua Orationis vitia, Solœcismus, ac Barbarismus.

Solœcismus fit, cum in Orationis contextu peccatur contra Grammaticæ Canones, ut, si dicas: *Favebo meos amicos* pro, amicis. *Iratus sum eum Cæsare*, pro Cæsari. *Percutiam tibi cum hoc scipione*, pro, te hoc scipione. *Diu moravi Liburni, celebris Emporii*, pro, moratus sum Liburni, celebri Emporio. *Venias intùs*, pro, intro. *Maneba huc*, pro hîc. *Quæro ne feceris hoc?* pro, Quæro feceris ne hoc? & multa id genus alia.

Barbarismus est, cum usurpantur voces Barbaræ; aut Latinæ, sed vitiosâ scriptione, aut pro-

pronunciatione, vel similì: ut *strata*, pro via, *cammino*, pro festino, *Virtuosus*, pro Virtute præditus, *invernus*, pro hyems, *scrissi* pro scripsi, & similia.

Amphibologia quoque inter vitia numeratur; reddit enim Orationem ambiguam: ut audio Hispanos vicisse Gallos: non enim liquidò constat, an Hispani vicerint, an Galli. Ita, Cicero iniquè criminatur, nam non apparet, an Cicero criminetur ab alio, an ipse alium criminetur.



DE

DE PROSODIA LINGUÆ LATINÆ

LIBER QUARTUS.

Pro Scholâ Humanitatis.

QUÆ ACCIDANT SYLLABIS. CAP. I.

SYllabæ quatuor accidunt, Proſodia, Spiritus, Tempus, ac Literarum nùmerus.

Proſodia, ex Quintiliano, eſt Accentus, Tenor, ſeu Tonus ſyllabæ: à Grammaticis tamen uſurpatur pro arte cognoſcendi,& diſcernendi ſyllabarum quantitatem, hoc eſt longitudinem, & brevitatem, *ut in hoc libro*.

Accentus, ſive Tenor, triplex eſt; Acutus, Gravis, & Circumflexus.

Acutus eſt nota, ſeu ratio, qua vox elevatur. Dicitur acutus, quia quodam acumine aërem pervadit, & aures ferit. Nota ejus eſt lineola à ſiniſtrâ in dexteram tendens (´)

Gravis eſt nota, ſeu ratio, qna vox deprimitur, & deorſum tendit. Nota ejus eſt lineola à dexterâ in ſiniſtram aſcendens (`)

Circumflexus eſt ratio, qua vox attollitur, ſimulque deprimitur. Idcircò nota ejus conſtat ex notâ acuti, & gravis (^)

Sonus Accentuum, cùm ſimus antiquæ pronunciationis ignari, cum Latinæ linguæ proprietate, apud nos deperiit. Et Acutum, & Circumflexum confundimus.

Quam-

Quamvis accentûs gravis nota ſcribatur in ultimâ adverbiorum ut diſcriminentur à nominibus; circumflexi verò nota in ablativis nominum in à, ut aulâ, herâ: ac in Genitivo ſingulari, & caſibus pluralibus Quartæ, ut Senatûs, fructûs, ut dignoſcantur diverſi à nominativo ſingulari; accentus tamen per ſe non ſunt introducti ad indicandam, & cognoſcendam ſyllabarum quantitatem, ut affirmant, Verepœus, Nebriſſenſis, & alii,

Spiritus ſyllabæ eſt qualitas quædam, qua aſperè, vel leniter ea effertur.

Tempus eſt ſpatium illud, quod impenditur in pronunciatione ſyllabæ, quæ, triplex eſt, Brevis, Longa, & Communis. Brevis eſt, in cujus pronunciatione unicum tempus conſumitur. Longa, quæ duo tempora habet in eâdem pronunciatione. Communis, quæ modò unum tempus, modò duo habet, hoc eſt, modò brevis, modò longa eſt in carmine, ut ſecunda in *Volucris*.

Veterum conſuetudo fuit, ut ſyllabam longam geminarent, & ſic duo tempora in ejus pronunciatione conſumerent: brevem non ita. Nam *Malus*, hoc eſt, non bonus, ſimplici A efferebatur, ſed *Maalus* arbor, duplici A: ſic *Populus*, multitudo, ſed *Poopulus*, arbor: *Venit*, præſenti tempore, ſed *Veenit*, præterito. Ante, I, addebant E, ut Audeirent, Omneis, Queis. Nec modò pronunciando geminatis vocalibus ſyllabas longas oſtendebant; ſed Accius, atque alii ſcribebant. Verùm hæc pronunciandi conſuetudo cum nativo latinitatis uſu omninò corruit, & ex emortuis Poëtarum ſcriptis haurienda eſt.

Quot ſint litteræ, & quæ ſint conſonantes, atque vocales, dictum eſt *in ſecundo libro pag*.83.

Consonantes, quæ vocalibus copulatæ sonum edunt, in mutas, & semivocales dividuntur. Mutæ, quas vocalis sequitur, sunt b, c, d, g, k, p, q, t. Semivocales, quas vocalis præcedit, excepto z, sunt f, l, m, n, r, ſ, x, z.

Muta sic dicitur, quia minus soni habet à se ipsâ, quàm semivocalis: velut in *At*, non continues sonum: continues verò in *sol*, quasi dicas *soll*.

Ex his sunt Liquidæ, quæ post mutas in eâdem syllaba vim suam deperdunt, l, m, n, r; sed, m, n, liquescunt dumtaxat in Græcanicis vocibus.

F, sequenre L, & R, liquescit. *Maro.8.Æn.* Dissultant ripæ, refluitque exterritus amnis. S, apud antiquos liquescebat in fine. *Lucret.* Arboribus teretes decidere falcibus ramos. *Falcibus* dactylus est.

Aliæ quoque consonantes ob debilem positionem interdum liquescunt.

U, antecedente Q, vel G, liquescit, ut, Aqua, languor, distinguo.

Duplices, quæ pro duplici litterâ usurpantur, sunt X, & Z, X, valet es, gs, Z, ds, in mediis vocibus duplex ss I, medius inter duas vocales, duplex consonans est: ut Pompejus, Majus. Veteres enim I, geminabant, Pompeijus, Maijus. Sed in compositis à Jugo, simplex consonans est, ut bijugus.

H, plures evincunt esse notam aspirationis, quamvis viri docti esse litteram contendant; in exemplis tamen, quæ afferunt, non apparet dilucidè, gerere vicem Consonantis; sed syllabam præcedentem esse longam, vel ob Crasin, vel ope Cæsuræ, *ut apud Virg. 9. Æn.*

Dum

Dum trepidant, *it* hasta Tago per tempus utrumque.

It, pro iit usurpatum est.

Tirones verò consultiùs, H, pro consonante non usurpabunt.

Ex vocalibus fiunt Consonantes I, & U, cùm vocales præcedunt, eisque in pronunciatione copulantur: ut Jaculum, Venio, Volo. Jota Græcum, hoc est, I, Latinum, non fit consonans: ut Jaspes, Jonius, Julus, & in similibus Græcorum vocibus.

DE QUANTITATE SYLLABARUM. *CAP. II.*

QUæque suas Latio sortitur syllaba leges. Vel Brevis hæc metro fuerit, vel Longa, vel Anceps.

De Vocali ante Vocalem in Latinis Vocibus.

Vocalis datur ante aliam brevianda Latinis.
Protrahitur prima priscus genitivus in Ai;
Et quinta casus, qui voce feruntur in Ei.
Resque, fidesque brevi potiùs; spes corripe semper.
Fio fit longum, sed R, *vetat insita longum.*
Sic Cai, & reliquos casus efferto vocandi.
I, ut producit patrius; sed versibus anceps.
Contrahit alterius: longum numeratur alius,
Atque eheu: varium Dianæ jungitur ohe,

APud Latinos vocalis ante vocalem in eâdem voce brevis est, ut prior, beo, nihil, suus. *Ovid. Tr st.* 1. Sic abeunt, redeuntque mei, variantque timores.

Longum A, in Genitivis antiquis, ut herai, ferai. Et E, ante ultimam in Genitivo, &

Dativo quintæ Declinationis, ut Speciei, Pauperiei : quia Antiqui duplicabant I, ſpecieii, pauperieii. Sed in Rei, Fidei multò ſæpiùs breve; in Spei ſemper.

Virg. 9. Æn. Dives equûm, dives pictai veſtis, & auri.

Id. ibid. Nunc adeo quoniam melior pars acta diei.

Producitur I, in Fio, ſi abſit R, ut, fiebam; ſecùs ſi apponatur, ut, fierem.

Ovid. Triſt. lib. 1. eleg. 7. Omnia jam fient, fieri quæ poſſe negabam.

Vocalis penultima producitur in vocativis Cai, Pompei, Proculei, & hujuſmodi. Priſci enim geminabant I, Caii, Pompeii, &c.

Mart. lib. 10. 15. Si donare vocas promittere, nec dare, Cai.

Genitivus illius, ipſius, & ſimilis, habet penultimam longam in proſâ, ſed in verſu communem. Genitivus, Alius, producitur etiam in carmine Alterius breviatur in proſâ, in carmine rariſſimè producitur.

Hor. lib. epiſt. 18. Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam.

Id. lib. 1 epiſt. 2. Invidus alterius marceſcit rebus opimis.

Eheu, producitur: Ohe, & Diana variantur.

Virg. ecl. 3. Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo!

Juv. ſat. 7. Corpus eget, ſatur eſt cùm dicit, Horatius, ohe.

Hor. lib. 2. ſat. 5. Importunus amat laudari, donec, ohe, jam, &c.

De Vocali ante Vocalem in Græcis.

Græca Latinorum proferri lege recusant.
Testis Pirithous, Menelaus, Chius, Enyo.

VOcalis ante vocalem in Græcis vocibus varia est. Siquidem apud Græcos breves sunt vocales, Epsilon, Omicron; Longæ, Ita, Omega. Sic in vocibus Græco-latinis sunt plerumque breves, aut longæ, prout respondent ipsis Græcorum vocibus. Ideò penultimam brevem habent, Theseus, Timotheus, Pirithous, quia Græcè per εὺς, οὺς; longam verò, Myrtous, Briseis, Minois, quia per ω, & η, in penultima pinguntur.

Virg. Æn. 6. Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumque.

Ovid. in ibid. Qui nova Myrtoæ nomina fecit aquæ.

Sunt modò breves, modò longæ apud Græcos A, I, Y: ita in dictionibus Græco-latinis sunt breves in penultimâ Symphonia, Sophia, Lysias, Thebais: & in primâ Hyacinthus, Hyades: è contra longæ, Machaon, Amphion, Darius, Enyo, & alia plura.

Virg. 1. Æn. Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque triones.

Hor. in Art. Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis.

De Diphthongo.

Diphthongum Græcam produc, itidemque Latinam.
Præ prope vocalem variabitur, atque Mæotis.

TUm Græca, cum Latina Diphthongus longa est. Diphthongi Latinorum, ut alibi monitum, sunt ae, au, ei, eu, oe; quibus addunt yi, ut hæræ, haud, omneis, eurus,

rus, cœpi, harpyia. Græcorum propriæ sunt αι, αυ, ει, ευ, οι, ου. quæ sonant ae, au, i, eu, i, u. αἰνείας, Æneas; αὐγείας, Augias Rex; ἐλεγεία, Elegia; ἀδελφοὶ, Adelphi, fratres; εὐτέρπη, Euterpe; μοῦσα, Musa.

Ovid. Scindentur vestes, gemmæ frangentur, & aurum.

Communis est in Mæotis, & præ, sequente vocali, ut præordino, præuro, præacutus.

Lucan. lib. 3. Quaque fretum terrens Mæotidos egerit undas.

Ovid. Trist. 3. 14. Longior antiquis visa Mæotis hyems.

Ovid. Met. 7. Quas ubi viderunt præacutæ cuspidis hastas.

Martian. Cap. Præoptare caret si quod placet, atque necesse est.

Poëtæ interdum dividunt diphthongum ei, ut Elegeia quinque syllabarum.

Ovid Heroid. 21. Flendus amor meus est, Elegeia flebile carmen.

Nec modò diphthongus, quæ est *contractio* duarum syllabarum in unam, longa est, sed etiam quæcunque syllaba ex duabus contracta, ut nolo, ex non volo; cogo ex coago; Mantus ex Mantoos, lumen ex loumen, ut Antiqui efferebant; illicet, ex ire licet; deero duarum syllabarum, & alia multa.

De Vocali ante plures consonantes, seu de Positione.

Vocalem extendas, si consona bina, duplexve;
Ive sequens veniat vocalibus insita binis.

LOnga est Vocalis ante plures consonantes, aut ante X, & Z, vel I, duplex, duabus interstitum vocalibus. Idque quamvis altera con-

consona sit in fine præcedentis; altera vero in principio sequentis dictionis: ut erro, ars, dumtaxat, Trapezita, Cajus, pejor, ajunt.

Hor. lib. 1. epist. 11. Cœlum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.

Id. 2. satyr. 2. Jejunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Juv. sat. 2. Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

OBSERVATIO.

Vocalis in fine naturâ brevis, ante duplicem consonantem sequentis vocis rarissimè producitur, quamvis aliquando porrecta sit beneficio cæsuræ.

Mart. lib. 1. epigr. 14. Quid gladium, demens, Romana stringis in ora?

De Vocali, sequente mutâ, & liquidâ.

Vocalem variare potest in carmine Vates.
Si tamen ipsa brevis, mutam, liquidamque praibit.

VOcalis suapte naturâ brevis ante mutam, liquidâ in eâdem syllaba sequente, in prosâ brevis est, sed in versu communis: ut, celebrat, podagra, feretrum, funebris, &c. refluo, refringo, cochlea, Athlas. Ita in Græcis, Progne, Polymneja, Drachma, Smãragdus.

Ovid. Metam. 13. Et primò similis volucri, mox vera volucris.

At si vocalis est naturâ longa, nunquam fit brevis: ut prima in frater, longa est, ita erit in fratre. U longum in saluber, sic & in salubre. Longa itidem est in compositis à præpositionibus, ut Abripio, Obligo, Obruo, quia liquida non est in eâdem syllabâ.

De Derivatis.

Derivata sua promunt ab origine tempus:
Humor, arena, dicax, nec non à fonte recedunt
Secius, humanus, sedes, laterna, sagaxque.
A priscis satiùs cognosces plura Poëtis.

DErivata quantitatem Primitivorum imitantur, ut secunda in Argumentum longa est, quia à Supino Argutum deducitur: ita fomes à fotum, mobilis à motum, agito ab ago. calesco à caleo, &c. in movi prima longa: sic in moveram, moverim, movisse. Contra in moveo, prima brevis: ita movebam, moverem, move, movere, &c. A, in Amo, breve: sic in Amicitia, Amicus, Amasius, & similibus.

Ovid. 6. Fast. Est Deus in nobis, agitante calescimus illo.

Clau. 4. Conf. Hon. Mobile mutatur semper cùm Principe vulgus.

Breves sunt à Primitivis longis, Arena, Arista, ab Areo, sagax à sagio, dicax à dico, sævitia à sævitum, blanditiæ à blanditum, lucerna à luceo. Quædam etiam fiunt breves amissione litteræ, ut disertus à dissero, curulis à curro, ofella ab offa, mamilla à mamma, & id genus alia plura.

Longæ à Primigeniis brevibus, Humor ab humo, humanus ab homine, secius à secus, laterna à lateo, tegula, & regula à tego, & rego, fortasse à tectum; & rectum mutatis litteris, sedes à sedeo, nisi à sedi derivetur.

Nonnulla per Sincopen producuntur, ut Junior ex Juvenior, Denus ex Decenus, & alia ex Poëtarum lectione potiùs addiscenda.

Virg. Georg. 1. Et sterilem exiguus ne deserat humor arenam.

Id. 6. Æn. Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. De

De quantitate Syllabæ in Compositis.

Syllaba Compositi, quamvis mutata, priorem.
Vim retinet, veluti cado, concidit; æquus iniquus.
Hilum dat nihilum; dat pejero, dejero, juro;
Veridicum, similisque nota dat nomina, Dico.
Agnitus haud sequitur notum, nec cognitus, unquam.
Connubium varia: dabit Innuba, Pronuba, Nubo.
Ex se parturiet sopitus semisopitus.

Longitudo, & brevitas est eadem in voce compositâ, ac in simplici; quamvis vocalis mutetur in aliam, & diphthongus in vocalem: ut prima in cado brevis est: ita remanet, si mutetur in I, ut Decido, Excido, Incido, Procido, Occido, & diphthongus in Cædo, quia longa est, ita etiam erit si mutetur in I, ut Decido, Concido, Excido, Incido, Occido, &c. Sic secunda in Obedi, ab Audio; iniquus ab æquo, & similia.

Prover. Incidit in Scyllam, cupiens vitare Carybdim.

Excipiuntur brevia à longis composita: nihilum ex ni, & hilum; Pejero, & Dejero ab Juro; Veridicus, Maledicus, &c. à dico; agnitus, cognitus, à notum; pronuba, & innuba a nubo; sed connubium variatur. Sic semisopitus à sopitus.

Pers. sat. 3. De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

Ovid. Heroid. epist. 6. Heu, ubi pacta fides? ubi connubialia jura?

De Vocalibus in fine prioris partis Compositi ex pluribus syllabis.

Compositi pars prima brevem polysyllaba finem
Proferet; à quanti, tanti, qualique, dieque,

Ac intrò, & sexto produc venientia casu:
Quaque ubi fert, & ibi, quandoque quadriga quadrimus;
Quaque Crasis contracta dabit, vel Syncopa longis.

POlysyllaba in prioris compositi partis fine, vocali terminatâ, plerumque brevis: ut A, in Diametrus, Pentameter, Decachordus.

Mart. lib. 11. *epig.* 81. Laxior hexaphoris tua sit lectica, licebit.

E, in Ædepol, archetypus, liquefacio, tepefacio, & similibus: quamvis hæc necessitate aliquando producta inveniantur.

Lucr. 2 Jure igitur pereunt, cùm rarefacta fluendo.

Hor. lib. 2. *sat.* 3. In matris jugulo ferrum tepefecit acutum?

I, vel Y, in omnigenis, utique, tubicen, ruricola, veridicus, artifex, Polydorus, Eurynomus, &c.

Virg. 10. *Æn.* Panditur intereà domus omnipotenti Olympi.

O, ut, in apotheca, bibliotheca, bardocucullus, arctophylax, ita in Græco-latinis, quæ per Omicron scribuntur.

Mart. 24. *epig.* 128. Gallia Santonico vestit te bardocucullo.

U, ut in lutulentus, pulverulentus, quadruplum, centuplum, induperator, diuturnus, decumanus.

Virg. Æn. 8. Trojugenas, ac tela vides inimica Latinis.

Longa sunt, quæ Crasin, & Syncopen patiuntur, ut videlicet, ex videre licet; veneficus, ex venenificus; quadriga ex quadriaga; quadrimus ex quadriamus; tibicen ex tibiacen; & alia, quæ longa sunt, ut monitum suprà in præcepto de diphthongo. *Prop.*

Prop. lib. 4. *eleg.* 8. Nilotes Tibicen erat: Crotaliſtria Phillis.

Longa prætereà ſunt, tantidem, quantivis, quanticunque, quantilibet, qualicumque; & compoſita à die, ut meridies, poſtridie, &c.

Manil. 2. *cap.* 16. Omne quidem ſignum ſub qualicunque figurâ.

Longa ſimiliter utrobique, ubique, ibique, ubicunque, quandoque; & compoſita ab intro, ut introduco, introgredior; & compoſita ex Ablativo, ut alioquin, eodem. Quandocumque commune eſt.

Hor lib. 1. *ſat.* 3. Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.

De Vocalibus in fine prioris partis Compoſiti ex Monoſyllabis.

Primâ Compoſiti longa eſt monoſyllaba parte.
Integra ſi ſequitur pars verbi, corripe Bi, Tri.
Et neque cum nequeo, ſiquidem, cum prole neſaſtus,
Atque equidem, curtis, & idem neutrale repones.
Cum quoque, cumque hodie: monſtrabunt plura Poetæ.

COmpoſitio Monoſyllabæ in primâ parte, ſi in vocalem exeat. producitur, ut nequis, nequam, nequitia, nequando, quidam, quilibet, quicunque, idem maſculinum, ſedecim, veſania, vegrandis, bimus, trimus, trinus, triginta, biga, &c.

Juv. ſat. 4. Nemo malus felix: minimè corruptor, & idem.

Ovid. Heroid. epiſt. 9. Siqua voles apte nubere, nube pari.

Corripiuntur Bi, & Tri ferè, ſi poſterior pars Compoſiti integra manet: ut bifrons, bi-

formis, bifidus, trifidus, triformis, bipes, biremis, bidens, tridens, triremis, triceps, biceps, &c. ut in versibus.

Ovid. 1. *de Rem.* Dicimus assiduè: cras quoque fiet idem.

Id. 1. *Fast.* Jane biceps, anni tacitè labentis origo.

Claud. 1. *Ruf.* Ubera quæsivit fletu, linguisque trisulcis.

De Præpositionibus conjunctis.

A, De, E, Se, Di, Tra, produc præverbia: verùm
In Dirimo primam brevia, primamq; disertus.
Est Re breve: à refero res vult secernere refert.
Pro, Græcis breve; productum plerumque Latinis.

PRæpositiones A, De, Di, seu Dis, E, Se, Tra, idest Trans; producuntur, præterquàm in Dirimo, Disertus, & Aperio; quia componitur ab Ad, & pario. abjectâ D. Sic prima longa est in Amoveo, Depono, Diligo, Eveho, Seduco, Traduco, Trano, &c

Ovid. Pont. lib. 2. 3. Diligitur nemo, nisi cui Fortuna secunda est.

Hor. epist. 5. *lib.* 1. Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Re, autem corripitur, ut removeo, refero. Refert pro interest, seu utile est, huc non pertinet, componitur enim à res, rei, & longum est.

Ovid. lib. 1. *eleg.* 4. Non est in Medico, semper relevetur ut æger.

Pro, in Græcis ferè corripitur, ut Prosodia, Prosopopœja. In Latinis ante consonantem plerumque protrahitur, ut promoveo, profero.

Id. 5. *Fast.* Jamque gravis Thracen, & læva Propontidos intrat.

Hor.

Hor. epist. l. 2. 1. Promittunt Medici: tractant fabrilia fabri.

Pro, breve est in Pronepos, Proneptis, Profano, Profanus. Raro solet produci in profiteor, profari, profugio, profectus. Commune in procello, propino, procuro, profundo.

Propago, pro vite senescente, & terræ defossâ, ut palmites vegetiores fiant, ut ajunt, producitur; pro stirpe, seu progenie, corripitur; sed non videtur verisimile, cur enim Metaphora quantitatem variet? Propago, vocabulum, avitè transfertur ad animalium progeniem; si quando secùs factum est, ratio fortasse carminis id postulabat.

De Præteritis.

Præterita extendunt primam dissyllaba sedem:
Sto, scindo, breviant, findo, bibo, doque, feroque.

PRæterita duarum syllabarum producunt primam, ut egi, jeci, fregi, movi, fudi.

Ovid. 1. Am. el. 4. Multa miser timeo, quia feci multa protervè.

Corripiunt eandem bibi, steti, scidi, à scindo, fidi, à findo, dedi, tuli, stiti etiam à sisto. Abscidi, penultima brevis est ab Abscindo. cùm eandem producit, est ab Abscedo.

Ovid. 3. Am. Sæpè tulit fessis succus amarus opem.

Catull. ad Mal. Abscidit, ò misero frater adempte mihi.

De Præteritis geminatis.

Si geminant, rapiunt sedes Perfecta priores.
Pedo pepedi effert longum; cadoque cecidi.

VErbum geminans in preterito primam syllabam, habet eandem, & secundam brevem, ut, tundo, tutudi, cado, cecidi, disco, dici,

dici, pungo, pupugi. At ubi est duplex consonans, secunda longa est, ut dictum in regulâ de positione, ut cucurri, spopondi.

Cædo habet secundam longam, quia diphthongus mutatur in I, ut cecidi. Et pedo, quod facit pepedi.

Ovid. Trist. 2. Heu mihi cur didici, cur me docuere parentes?

Id. Met. 8. Sylva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas.

De Supinis dissyllabis.

Extendunt primam dissyllaba, quaque supina.
Cùm sero corripiunt eo, do, cieoque, reorque
Et lino, cumque sino, & qua sunt Ruo germina verbi.

SUpina dissylla habent primam longam, ut spretum, tritum, risum, lotum, citum à cio quartæ Conjugationis.

Ovid. R. A. Trita, frequensque via est per amici fallere nomen.

Lucan. 1. Rupta quies populis, stratisque excita juventus.

Habent brevem satum, datum, itum citum à cieo secundæ, ratum, litum, situm. Ruo facit ruitum; sed composita, extrito I, rutum breve, ut erutum, dirutum, prorutum.

Ovid. ad Liv. Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis.

Id. 2. *Met.* Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.

De Polysyllabis.

Cuncta supina dabunt Utum polysyllaba longum.
Corripe Itum, cum præteritis, U, consona desit.

SUpina polysyllaba in Utnm longa, ut statutum, argutum, volutum.

Virg.

Virg. Georg. 2. Verſibus incompti, ludunt, viſuque ſoluto.

Longa item in Itum, ſi appareat, U, conſonans in præteritis: ut condivi, conditum; erudivi, eruditum; ſancivi, ſancitum. Brevia verò, ſi deſit eadem, U, conſonans, ut poſui, poſitum; habui, habitum; vomui, vomitum; credidi, creditum.

Juv. ſat. 1. Scriptus & in tergo, nec dum finitus, Oreſtes.

Ovid. Triſt. 4. *el.* 6. Et domitus freno ſæpè reſiſtit equus.

DE SINGULARI NOMIMUM INCREMENTO. CAP. III.

INcrementum nominis, aut pronominis eſt ille ſyllabarum numerus, quo caſus obliqui ſuperant nominativum, ut vir, viri, virorum; virtus, virtutis; tu, tui, tibi; res, rei, rerum, rebus. Ultima ſyllaba non dicitur incrementum; ſed penultima, & antepenultima, ſi plura ſint incrementa.

In primâ Declinatione non eſt Incrementum, quia pari ſyllabus eſt Genitivus, & non creſcit.

Secundæ Declinationis Incrementum.

Incrementa dabit nomen brevianda ſecunda,
Longa tamen fluvii penultima fertur Iberi.

INcrementa ſecundæ Declinationis brevia ſunt ſing. num. ut levir, leviri; gener generi; furcifer, ciferi; aliger, geri. Iber, ſive Iberus, & compoſitum Celtiber, beri, producitur.

Lucan. l. 10. Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.

Virg. 3. *Georg.* Aut impacatos è tergo horrebis Iberos. In-

Incrementum Tertiæ in A.

A, crescens numero protendit Terna priore.
Mascula contractis Al, & Ar crescentia trade;
Mas pariter, nectar, simul &, jubar, hepar, anasque.
Vas vadis; atque suâ Par his cum prole jugabis.

INcrementum Tertiæ in A, producitur, ut Bacchanal, alis; Pæan, anis; nar, ris; linguax, acis; charitas, atis.

Hor. l. 1. ep. 2. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Breviantur masculina in Al, & Ar, ut Hiemsal, Sal, Gaspar, Lar, Balthassar. Præterea mas, maris; vas, vadis; par, cum compositis, ut separ, suppar, compar, &c. anas, atis, jubar, hepar, nectar, aris.

Sil. 17. Quos ubi nutantes aspexit Amilcare cretus.

Flac. lib. 5. Ossaque nec tumulo, nec separe conteget urna.

Exceptio.

S, etiam brevia, si consona juncta praibit.
Junge As, & A, Græcum, ceu dogma, poëma, Ciclasque.
Atque corax, harpax, & abax, myxtaxque, styraxque.
Faxque, colax, dropax, climax, atraxque, panaxque.
Atque antrax, cui junge phylax, compostaque plura.
Addito bylax, adraxque, & athax, cum pharnace Candax.

BReviantur pariter Incrementa Nominum, quæ habent in recto consonantem ante S, ut trabs, trabis; daps, dapis. Et Græca finita in A, & As, ut carcinoma, atis: drachma, thema, atis;

atis; cryſipelas, atis, gymnas, nomas, olympias, fax, & reliqua, ut in carmine.

Claud. l. 1. *rapt.* Atria veſtit ebur, trabibus ſolidantur ahenis.

Mart. 3. *ep.* 74. Pſilotro faciemque lavas, & dropace calvam.

Id. in Amph. Et creſcunt mediâ Pegmata celſa viâ.

Incrementum in E.

E breve ſi creſcit, patrius producitur Enis.
Rex, locuples, halex, hæres, ver, ſexque, quieſq;
Et ſeps, lex, vervex, merces, plebs, luter, iberq;
Er, Es, produces Græca. El & nomen Hæbræum.
Sed duo de Græcis tamen æthera, & aera dems.

INcrementum in E, corripitur; ut glomus eris; anſer, hyems, iter, itineris, pes, pedis; paries, aquilex, & ſimilia à lego.

Hor. l. 1. *ep.* 16. Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Producitur genitivus in enis, ut anio, enis; attagen, lichen, ſplen, ren. Commune in hymen, enis. Præterea Rex, Regis; locuples, &c. ut in carmine.

Ovid. Met. 14. Sirenum ſcopulos, orbataque præſide pinus.

*Clau.*4. *Hon.* Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Et Græca finita in Er, & Es, ut ſoter, eris, alter, eris; ſpinther, poder, character, preſter; exceptis, æthere, & aere: Hermes, etis, laches, magnes, lebes, tapes, etis. Nomina ſimiliter Hebraica in el, ut Iſmael, elis, Raphael, Samuel.

Virg. Æn. 1. Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

In-

Incrementum in I, vel Y.

Y, rapidis crescens, sic, I, tribuere priores.
At vibex longis, gryphs, vis, samnisque quirisque,
Et Nesis, lis, glis, Erebi cum principe Dite.

BReve est incrementum in Y, & I, ut manceps, ipis; reses, idis; cocles, itis; opifex, ficis; pugil, lis.

Ovid. Pont. l. 4. 10- Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu.

Virg. Æn. 10. Insula inexhaustis calybum generosa metallis.

Habent longum vibex, cis; gryphs, *is*; vis, viris; Nesis, idis; Dis, ditis; & alia ut supra in versibus.

Lucan. l. 12. Metiri sua regna decet, viresque fateri.

Exceptio.

Additur Ix longis: brevibus cum Natrice Chœnix,
Pix, nix, coxendix, una cum varice gaudent.
Sardonychi se jungit Erix, bistrixque, calixq;
Phyx, & onix, cilicique calyx, fornixque, silixque,
Allitrixque, latrix, Stix, cumque Dioryge Japix.
At strigem bebrycemque placet variare Poetis.

FInita similiter in recto Yx, vel Ix, producuntur, ut lotrix, icis, junix, nicis, coccyx, cycis, nutrix, tricis.

Sed corripiuntur natrix, chœnix, pix, nix, &c. ut in carmine Strix, igis, bebryx, ycis, variantur.

Flac. lib. 1. Summa locant: vadit sonipes cervice remissâ.

Calphurnius eclog. 6. Venit & irsuta spinosior histrice barbà.

In-

Incrementum in O.

O latium produc obliquis casibus usque.
Neutrum, oris, ablato semper breviabitur Ore.
Bos, impos. compos, præpos, lepus, arbor, Alastor.
Cum memori, præcox, & pus conjunge pelasgū.
Obs, ops, prætereasimili quæ fine feruntur.
O brevia in Græcis, nisi prapedit Omega longum.

INcrementum in O, producitur: ut glos. gloris; decor, decor, acor, ditio, lurco; & comparativa, ut major, majus, majoris, licet sint neutrius generis.

Hor. lib. 1. *ep.* 2. Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.

Corripiuntur neutra in oris, (os, oris, tamen longum est) ut decus, decoris, pecus, pecoris, tergus, fœnus, corpus: ita bicorpor, tricorpor: commune Ador.

Ovid. de Art. 2. Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.

Brevia item bos, bovis, impos, compos, præpos, lepus, arbor, vel arbos, Alastor, conscientiæ remorsus; & Plutonis equus: Memor, immemor, præcox; & composita, à Græco *pus*, ut tripus, tripodis; Dasypus, Oedipus, Chrytropus; & finita in obs, & ops, ut scobs, Æthiops.

Juv. sat. 2. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Ovid. 1. *Trist.* 1. Oedipodas facito, Telegonasque voces.

In Grę̨co-latinis videndum, num incrementum sit Omicron, an Omega. Omicron est, & ideo breve, in Icon, onis; Allobrox, ogis; Cappadox, ocis: Palæmon, onis; Macedo, Jason, Arion, Amphion, Chalcedon, Vasco, Saxo. Nicanor, Melchior, Nabor, Crantor, & reliqua, Omega, idcirco longum, in Polemon, onis,

onis, agon, Solon, Cyclops, Hydrops, Myops,
Juv. sat. Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul.
Mart. lib. 1. *ep.* 37. Qualia Lædei fata Lacones habent.

Incrementum in U.

U, brevia: producit in Udis, in Uris, & Utis,
Ut nomen, præter Ligus, intercusque pecusque.
Lucem, Pollucem, furem, quoque protrahe frugem.

SUnt brevia incrementa in U, ut Cicur, Crux, Consul, Augur.

Ovid. Pont. 1. 7. Atque aliquis pendens in cruce vota facit.

Longa nomina finita in Us in recto, quæ habent incrementum in udis, & uris, & utis, ut incus, udis, mus, muris; pus, plus; servitus, virtus, senectus, utis. Sed hinc excipe, pecus, udis; Ligus, vel Ligur, uris, intercus. Longa pariter frux, frugis, fur, lux, pollux.

Hor. lib. 1. *ep.* 1. Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Incrementa pluralia in A, E, I, O, U.

Plurali produc A, E, O, crescentia casu
I, U, da brevibus: tamen istis excipe bubus.

INcrementum plurale in A, E, O, producitur, ut dominarum, librorum, quorum, harum, rerum,

Ovid. 4. *ep.* 3. Tarda solet magnis rebus inesse fides.

Corripiuntur I, & U, ut fructibus, quibus, portubus, verubus. Bobus, aut bubus, longum est propter Crasin: fit enim ex bovibus.

Ovid. Met. 14. Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.

Id. Met. 11. Portubus exierant, & moverat aura rudentes.

DE

DE VERBORUM INCREMENTIS.

CAP. IV.

INcrementum in Verbis cognoscitur ex secundâ personâ singulari præsentis temporis indicativi modi: nam,cùm hanc excedunt cæteræ personæ cujuscumque temporis,ac modi, syllabarum quantitate,tunc ea dicitur habere totidem incrementa, quot sunt syllabæ,quibus superatur ab illis: ut in laudabimini,tria sunt incrementa;quia excedit secundam personam, *laudas*, tribus syllabis: in imus,ire,ibo: unum est incrementum: quia superat, *is*, unâ solùm syllabâ. Idem judicium de cæteris esto.

Ut appareat omne incrementnm; verba in Or, conjuganda sunt, ut verba in O.

Incrementum per omnes Vocales.

Corripe I, U, verbis: A, E, O, crescentia produc.

VErborum incrementum in I, & U, contrahitur, ut quærimur, quærimini, volumus, sumus.

Ovid. 2. *Fast.* Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

Hor. 4. *od.* 7. Pulvis, & umbra sumus. *Dactylicum est.*

Producunt in A,E,O,ut laudamus, amabamus, remur, flemus, fleverunt, quæritote, eruditote.

Hinc tamen recedunt nonnulla, ut infrà.

Hor. lib. 1. *ep.* 18. Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes.

Id. ibid. Quid de quoque viro, & cui dicas sæpè videto.

Ovid. Met. 9. Lac facitote bibat, nostrâque sub arbore ludat.

Juv. sat. 10. Cantabit vacuus coram latrone viator.

Exce-

Exceptio in A.

Do tamen A, brevibus prima incrementa reponit.

DO, das, habet primum incrementum in A, breve, ut damus, dabam, dare: sic composita, ut circumdamus, venundabam, pessundabo.

Hor. epist. 1 7. Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti.

Exceptio in E.

E, breve, si praeat Ram, Rim, Ro; binaq; terna
Tempora corripies: pariter Beris addito curtis;
Sed poterit dumtaxat, Erunt, breviare poesis.

BReve est E, ante Ram, Ri, Ro, ut laudaveram legerim, jussero. Similiter ante R, iu præsenti tempore indicativi tertiæ conjugationis, & in imperfecto conjunctivi modi, ut quæreris, vel quærere, quærerem.

Claud. 4. *Hon.* Neu pete præscriptos homini transcendere fines.

Id. ibid. Pauper erat Curius, reges cùm vinceret armis.

Breve est etiam Beris, vel Bere, ut amaberis, amabere, docebere.

Ovid. 2. *Rem.* Non facile esuriens positâ retinebere mensâ.

Poetæ solent per figuram Systolen variare penultimã in tulerunt, biberunt, & similibus.

Flac. Arg. 2. Gargaraque, & mœsti steterunt formidine luci.

Exceptio in I.

Tempore perfecto verbi producitur Ivi;
Sed breviatur Imus, si tempore crescat eodem.,
I, quoque crementum Quarta protendito primum,

Et quæ componunt simus, pariterque velimus,
Ri conjunctivo variabile vatibus esto.

PRoducitur Ivi, in perfecto indicativi, non autem Imus plurali numero, ut quæsivi penultima longa; quæsivimus, penultima brevis: ita brevis est penultima in præterito, venimus, reperimus, erudivimus.

Virg. Æn. 3. Lævam cuncta cohors ventis, remisque petivit.

Id. Æn. 6. Venimus, & magnos Erebi, tranavimus amnes.

Primum incrementum in I, quartæ Conjugationis, longum est, ut imus, itis, ibo, venimus, venito, venire, erudimus, comperimus, molimur, molirer, &c. Et simus, & velimus, & eorum composita, possimus, adsitis, malimus, nolito, &c.

Mart. l. 10. *ep.* 103. Excipitis reducem: placidâ si mente venimus.

Id. l. 11. *ep.* 55. Hæredes, nolite brevem sepelire colonum.

Ri, in præterito, & in futuro conjunctivi variant Poëtæ, ut dederitis, tulerimus, eritis. Orator sese consuetudini accommodabit.

Ovid. 4. *Pont.* 5. Et maris Jonii transieritis aquas.

Exceptio in U.

Sicut Amaturus, voces extende futuras.

U, Ante Rus, in participio futuri temporis producitur, ut laudaturus quæsiturus.

Mart. 8. *epist.* 21. Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.

DE ULTIMIS SYLLABIS. CAP. V.

Ac primùm de Vocalibus.

A

A, sibi productum voces in fine reposcunt.
Cum quia corripies, ita, postea, semper & eja,
Et Casus: sextum excipies, Græcumque vocandi.

PRoducitur A, in fine, ut lauda, ama, citra, interea. Numeralia primitiva, ut triginta, quadraginta, communia reperiuntur.

Mar. l. 5. ep. 43. Extra fortunam est quicquid donatur amicis.

Aus. ep. 5. Nonaginta dies sine te, carissime, vixi.

Corripiuntur eja, ita, postea, quia: & Casus nominum, ut musa, tempora; exceptis ablativis Primæ, & vocativis Græcorum, ut à musa, ò Andrea.

Juv. sat. 1. Criminibus tacitâ sudant præcordia culpâ.

E

E brevia: Prima, & Quinta producito nomen,
Cumque fame, cete, tempeque, meleque Pelasgûm,
Nominibus tendes adverbia nata Secunda.
Non benè, non gaudet longo malè tempore: produc
Ohe, cumque ferè & fermè, monosyllaba demptis
Enclyticis, & syllabicis: ita protrahe primo
Si numero Modus imperii sit, verba Secunda.

BReve est E finale, ut ille, strue, quære, impune.

Ov. de Ar. 3. Munera, crede mihi, capiunt hominesque, Deosque.

Longa sunt nomina Græco-latina, quę reducuntur ad primam declinationem Latinorum,

rum, ut Calliope, es, Niobe, Hellene, Grammatice, & similia. Vocativi, & ablativi plurium nominum in Es, ut ò Alcide, ò Anchise, Ecclesiaste, Pylade.

Auson. Edyl. 20. Carmina Calliope libris Heroica mandat.

Nomina quintæ Declinationis in ablativo, ut: macie, segnitie, carie, serie, die; & inde composita, ut: pridie, postridie; & fame; & pluralia Græca cete, tempe mele.

Juv. sat. 5. Fallit enim vitium specie virtutis, & umbrâ.

Adverbia profecta à nominibus secundæ Inflexionis, ut bellè, doctè, egregiè, valdè pro validè, pessimè. Brevia tamen sunt, benè, & malè.

*Mart.lib.1.epist.*34. Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

*Hor.lib.2.sat.*3. Si malè rem gerere, insani; contra benè, sani est.

Producuntur item, fermè, ohe, ferè. Et monosyllaba, ut me, te, se, de, ne prohibens.

*Hor.lib.*1. *epist.*18. Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpè videto.

Excipiuntur breves Enclyticæ que, ve,ne; ac syllabicæ Adjectiones ce, te, pte, pse.

Tibul. l. 3. 3. Non opibus mentes hominum, curæque levantur.

Modus Imperativus secundæ Conjugationis singulari numero producitur, ut doce, jube, gaude. Sed variantur, vale, cave; & rarò breviantur, ride, responde, vide, ferve, fulge, salve, terge; quia hæc olim fuerunt tertiæ: inflectebant enim, respondo, is, & ita in cæteris.

Flac. Arg. 5. At tu prima doce, fandi tempusque, modumque.

I

Protrahit I finis : rape necubi, ficubi, necnon
Sicuti, fic Terna Græcorum nomina quinto ;
Quæ tamen ejufdem terno variata videntur.
Sunt ubi fæpè, mihi, variata, fibique, tibiqe.
His nifi, ibi, quafi, cui rarò diſſyllabon, addas.

I, Finale producitur, ut illi, monti, legi. *Ovid.4.Faſt.* Confcia mens recti famæ mendacia ridet.

Corripiuntur vocativi Græcorum nominum tertiæ Declinationis: ut, ò Tybri Chlori Adoni, Alexi, Ati, Coty. Dativi verò hujufmodi, modò corripiuntur Græcorum more, modò producuntur, vel ob cæfuram, vel quia Latinâ imitatione deelinantur: ut Palladi, Pieiridi, Tindaridi, Amarillidi; tum quia quædam Græcè contrahuntur, ut Ariſtoteli ex Αριστοτελει, Demoſtheni ex Δημοσθένει: tum verò apud Græcos funt primę fimplicium, ut Alcidi, Pyladi.

Ovid. Triſt. 4. el.3. Ars tua, Tiphy, jacet, fi non in æquore fluctus.

Brevia funt, necubi, ficubi, ficuti. Communia, mihi, tibi, fibi, ibi, ubi. Cui, diſſyllabon, rarò producitur: nifi, & quafi, potiùs breviantur.

Juv. ſatyr. 3. Si rixa eſt, ubi tu pulfas, ego vapulo tantùm.

O

O numera variis : longis monoſyllaba quæque.
Cùm fexto, Cafus ternus protenditur unà.

O, In fine commune eſt, ut ambo, video, venito, Cicero Plato, licèt hæc duo ultima fcribantur per ω; fed Latini ad fuam ipforum inflexionem accommodant, ut in aliis ufuvenit.

Mart.

Mart. lib. 4. epist.90. Pondero, poto, cano, ludo, lavo, cœno, quiesco.

Longa sunt omninò monosyllaba, ut no, nas, sto, stas, do.

Ovid. Trist. lib. 4. 12. Sic ego do pœnas artibus ipse meis.

Et dativi, & ablativi secundæ Declinationis; adverbia similiter inde orta: populo, discipulo, domino, meritò, liquidò, falsò, ideò.

Mart. lib. 5. epist. 39. Uno credis equo posse sedere duos?

Variantur citò, serò, mutuò, sedulò, seriò, imò, sed quinque ultima rarò admodum corripiuntur apud Classicos. Ego, scio, nescio, cedo pro dic, modò, & hinc composita, vix reperiuntur porrecta. Ego, sæpè ope cæsuræ producitur. Possunt etiam variari Gerundia in Do, licet sint dativi, & ablativi casus. Ergo, *pro causâ*, producitur; cum est conjunctio, variatur.

Ovid. 1. Rem. Principiis obsta, serò medicina paratur.

Id. epist. 21. Heroid. Tam citò me somnos destituisse queror.

Id. ep. 9. Fortuna vultus fassa tegendo suos.

Prnducuntur Græca, quæ per Omega scribuntur, ut alibi monitum: ut Erato, Celæno, Alecto, Argo, Calypso, Clotho, Hero, Echo, & alia.

Auson. Edyl. 10. Clio gesta canens transactis tempora reddit.

U

U, finale locant inter producta Poetæ.

U, Semper producitur, ut sensu, veru, diu.

Ovid. 6. epist. Heroid. Excepit portu Tænaris ora suo?

*B, T, D, rapidis prabe: C, longa requirunt.
Deme nec, & donec: fac, & hic variato virile.*

B, D, T, terminata corripiuntur, ut ob, sub, quod, aliud, laudat, sicut, dat.

Ovid.4. Heroid. Ars fit, ubi à teneris crimen condiscitur annis.

Juv. sat.2. Uvaque conspectâ livorem ducit ab uvâ.

Ovid. Trist. 1. eleg. 7. Illud amicitiæ sanctum, & venerabile nomen.

C, producitur, ut lac, duc, huc, sic. Sunt brevia nec, & donec; communia fac, & hic pronomen.

Sic, est breve Prudentio.

Seren. Sammonicus cap. 36. Lac asinæ, placidæque bovis prodesse loquuntur.

Virg. Æn. 4. Solus hic inflexit sensus, animumque labantem.

L

L, breve: nil longis, sal, sol, & Hebraica trades.

L, Corripitur, ut nihil, quadrantal, fel, mel. *Ovid.* Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis esto.

Producuntur: nil ob Crasin, ex nihilo, sal, sol: quæ per diphthongos, & vocales longas Græcè, aut Hebraicè scribuntur: ut Saul, Salathiel. Idem dic de cæteris Hebraicis in quamcumque Consonantem exeuntibus, ut Joseph, Magog, & hujusmodi.

Aus. epist. 85. Sal, oleum, panis, mel, piper herba, novem.

Mart. Victor. lib. de Verit. Nec tamen Ismaël Agar de sanguine natus.

M, ra-

M

M, rapiunt prisci, quæ nunc eliditur arte.

M, Antiquitùs corripiebatur, at nunc absorbetur, cum præcedit Vocali. Circum, in compositione retinet M, ut circumeo, circumago, & breve est.

Lucr. lib. 3. Sed dum adest, quod avemus, id exuperare videtur.

Juv. sat. 14. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Juv. 9. Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?

N

N, longis gaudet: breviabit Tertia nomen,
In patrio quod crescit Inis: sic Græca Secundę,
Et quartum, si sit recti brevis ultima, casum.
Forsitan, in, forsan, tamen, an, breviata sequentur.

EXeuntia in N, producuntur, ut sin, quin, en, Gyan, Eprigrammaton, & cætera Græca, quæ scribuntur per Omega.

Ovid. 1. *Rem.* Et data non apto tempore, vina nocent.

Corripiuntur nomina tertiæ Declinationis in N, quæ habent incrementum in Inis breve, ut pollen, inis, flumen, fidicen, tibicen.

Hor. lib. 1. *epist.* 19. Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram.

Et Græca in On, ad secundam Latinorum Inflexionem spectantia, ut Glyceriou, Idolon. Et Accusativi Græco-latinorum venientes à Rectis, qui habent ultimam brevem, ut Idan, Phædran, Adonin, Tetyn, Cerberon, Lazaron. Et forsitan, forsan, tamen, an, in; & hinc composita dein,exin,& satin,egon,ain.

Claud. 1. *Cons. Stil.* Promptiùs imponam glaciali Pelion Ossæ.

Ovid.1.Trist 1. Forsitan expectes, an in alta palatia missum.

R

R,brevibus: longis ver,par,cum prole jugantur.
Nar, far, hir, lar, far, cur, Graecum, & nomen in eris.

R, Corripitur, ut armiger, paulisper, fer, vir, cor, quamquam hoc videatur esse commune.

Ovid. lib.3. Am.4. Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Producuntur Nar, fur, hir, lar, far, cur, ver, & par, ejusque composita, ut separ, compar, dispar; licet hæc composita à Poëtis inferioris notæ corripiantur.

Auson.Ed.11. Tris primus par impar, habet mediumque; sed ipse, &c.

Et nomina Græca, quorum genitivus exit in Eris, ut Iber, eris; Barpanter, Esther, character, aër, æther.

Celtiber, ab Iber compositum, breve est.

Ovid. Met.13. Summus inaurato crater erat asper acantho.

Mart. lib.10. epist.20. Ducit ad auriferas quòd me Salo Celtiber oras.

AS

Extensis As, præter Anas, finita dabuntur.
Si crescit genitivus Adis, breve nomen Achivûm:
Et quartum, ut Cycladas, breviabit Tertia Græcum.

IN As, desinentia producuntur, ut Æneas, foras, Pallas, antis, laudas.

Ovid.2.Ar. Asperitas odium, sævaque bella movet.

Corripiuntur Anas, & nomina Græca, quæ habent

habent genitivum in adis, ut Dromas, adis, dipſas, monas, hæbdomas, Thyas, adis. Et accuſativus pariter plur. Græco-latinorum tertiæ Declinationis, ut Cyclopas, Thracas, Amazonas, Elephantas.

Ovid.Triſt. 1. 2. Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Id. epiſt. Heroid. 13. Et multos illic Hectoras eſſe puto.

ES

Es longum eſt: brevibus ſociabit Tertia rectum,
Si patrio brevis excreſcit penultima caſu,
Miles ut: inde Ceres, abies, pariesque recedunt,
Atque Aries, & pes: verùm Es breve ponito verbum,
Cui penes, & numero rectus, quintusque ſecundo.
Græcorum, & neutrum, veluti Cacboetes, adhærent.

ES, finita longa ſunt, ut ſermones, laudes, Grammatices, toties, ſpecies.

Juv. ſat. 5. Ut bona ſumma putes, alienâ vivere quadrâ.

Corripiuntur nominativi ſingulares, tertiæ Declinationis, quorum incrementum breve eſt, ut: merges, itis, præpes, pedes, veles, termes. Excipe hinc longa pes, & compoſita, alipes, ſonipes, bipes; ſed hæc apud inferiores Vates breviantur etiam; ſicuti, Ceres, paries, aries, abies.

Ovid. Met. 1. Vivitur ex rapto; non hoſpes ab hoſpite tutus.

Auſon.in tern. Qui bipes, & quandoque foret, & triceps, omnia ſolus.

Breves ſunt caſus plurales Græco-latinorum, ut Cyclades, Japiges, Saxones, Vaſco-

scones, Phryges. Et neutra similiter Græca, ut Panaces, Hyppomanes.

Virg. Æn. 12. Non sumus? en omnes, & Troës, & Arcades, hic sunt.

Es verbum, & hinc composita, ut ades, potes, præes, & penes præpositio, brevia sunt. Es verò ab Edo, producitur.

Virg. Æn. 7. Tu potes unanimes armare in prælia fratres.

Is, vel Ys.

Is, sive Ys brevibus: pluralia nomina longis,
Glis, vis, atque velis, cum sis, compostaque tradas.
Quaque augent patrio longum entis, & Inis, & Itis.
Ut Simois, Gortys, Dis: gratis junge, forisque:
Personam primi numeri, quæ fertur ut audis.

Corripe finita in Is, sive Ys, ut præconis, cis, dicis, chlamys, Tetys, docetis, legistis.

Juv. sat. 11. Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur.

Producitur Is plurale in Nominibus tum substantivis, tum adjectivis, atque participiis, ut Dominis, bonis, lectis, amaturis, docendis. Et glis, vis, tum nomen, tum verbum; velis, sis, & composita. ut nolis, malis, adsis, possis; quamquam possis, & velis, communia inveniantur. Et nomina, quorum genitivus desinit in Entis, Itis, & Inis longum, ut Simois, entis; Eleusis, inis, Salamis, Dis, Ditis, lis, Quiris, & gratis, & foris. Ac secunda persona singularis Indicativi quartæ Conjugationis: ut is, abis, scis, audis. Nec imitandi Christiani Vates corripientes.

Juv.

Juv. sat. 5. Maxima quæque domus servis est plena superbis.

Hor. lib. 1. *epist.* 17. Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Ovid. Hel. Par. Lis est cum formâ magna pudicitiæ.

Id. Hac ibat Simois, hîc est Sigeja tellus.

Hor. lib. 2. *sat.* 3. In nive Lucanâ dormis ocreatus, ut aprum, &c.

OS

Os, longum numera: rapitur cum compote præpos,
Cumque osse, & nostra, velut Arctos, Græca Secunda.
Et neutrum, ut melos, atque omnis genitivus Achivûm.

OS, in fine producitur, ut nos, os, oris, viros, ros, honos, lepos.

Claud. 4. *Hon.* Inquinat egregios adjuncta superbia mores.

Corripiuntur compos, impos, præpos, os, ossis; & compositum exos, ossis. Quæ Græcè scribuntur per Omicron, qualia sunt neutra, ut melos, epos, & alia.

Ovid. 1. *Art.* Insequere, & voti postmodo compos eris.

Id. Heroid. 15. Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas.

Nomiuativus secundæ Latinorum Declinationis, ut Tenedos, di, Zacynthos, Atropos, Arctos. Genitivus Tertiæ, ut Aganippidos, Chloridos, Lampados, Pallados. Et nomina, quæ habent in Recto, eus, secundæ Declinationis, ut Theseus, gen. Thesei, vel Theseos: sic Tereos, Typheos, Orpheos, &c.

Ovid. ep. Leand. Solveret, in speculis omnis Abydos erat.

Id.Trist. 5.3. Impia nec pœnâ Pentheos umbra vacet.

Flac. Arg. 5. Vos etiam sylvæ, vos Colchidos hospitis ora.

US

Us rapies : Quarta casus protende quaternos :
Et quorum longa, ut virtus, penultima crescit,
Et quorũ patrius tantummodò prodit in untis.
Addito præterea longis monosyllaba cuncta :
Sic quoque contractus Danaûm genitivus : ut Ius.
Pus, podos, ut Polypus, sciopus, variare licebit.

IN Us, finita corripiuntur, ut corpus, profugus, sensibus, possumus, intus, secus; & nominativus, & vocativus singularis Quartæ.

Ovid. Rem. 1. Qui non est hodie, cras minùs aptus erit.

Producuntur Nominativus, Accusativus, Vocativus plurales, ac Genitivus singularis quartæ Declinationis.

Manil. lib. 1. Per varios usus artem experientia fecit.

Nomina, quæ habent incrementum longum, ut Juventus, utis; subscus, udis; virtus, utis; tellûs, uris; Cerasus, untis; Hydrus, untis, & hujusmodi.

Hor. lib. 1. *epist.* 1. Virtus est vitium fugere, & sapientia prima.

Palus, udis, tamen ab Horatio corripitur in Poëticâ, & senectus, utis, ab aliis.

Monosyllaba, ut pus, puris, grus, plus, sus, crus.

Hor. lib. 1. *ep.* 1. In cute curandâ plus æquo operata Juventus.

Genitivus contractus quartæ Declinationis contractorum Græco-latinus, ut Io, Iûs,

Clo-

Clotho, thûs; Manto, tûs; Sappho, phûs; Alecto, Alectûs; ex Joos, Clothoos, &c.

Virg. Æn. 10. Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis.

Et quæcunque Græcè scribuntur per ως, ut ἰάσως, & quæ contrahuntur, ut Panthus ex Panthoos, ut alibi notatum.

Variantur ferè Græca composita à pus, pudos: ut sciopus, podis, vel podos, tripus, Oedipus, Polypus.

De Auctoritate, vel Exemplo.

Syllabæ, quarum quantitas ex superioribus regulis cognosci non potest. Auctoritate, sive Exemplis Poëtarum cognoscuntur.

DE PEDIBUS METRICIS CAP. VI.

PEdes, quibus carmina dimetimur, trifariam dividuntur; alii enim sunt Dissyllabi, ut Spondæus constans ex duabus syllabis longis, ut currunt.

Pirrhichius ex duabus brevibus: ut cane.

Jambus ex brevi, & longâ: ut quies.

Choreus, seu Trocheus ex longâ, & brevi: ut quære.

Alii Trisyllabi: ut

Dactylus ex longâ, & duabus brevibus: ut currere.

Anapæstus ex duabus brevibus, & longâ: ut veniunt.

Molossus ex tribus longis: ut certabant.

Tribrachyus ex tribus brevibus: ut legere.

Amphibrachyus, vel Lesbius, ex brevi, longâ, & brevi: ut venire.

Amphimacer, seu Creticus, ex longa, brevi, & longâ: ut cernerent.

Bacchius ex brevi, & duabus longis: ut docerent. O 6 An-

Antibacchius, vel Rhocius, ex duabus longis, & brevi: ut certare.

Alii Tetrasyllabi, seu Quadrisyllabi, ex prædictis compositi, Oratorum magis, quàm Poetarum, proprii: ut

Proceleusmaticus, seu Dipyrrhiticus, ex duobus Pyrrhichiis: ut celeriter.

Dispondæus ex duobus Spondæis: ut respondebunt.

Dijambus ex duobus Jambis: ut reviserent.

Ditrocheus ex duobusTrocheis:ut castitate.

Jambichoreus, seu Antipastus, ex Jambo, & Choreo: ut amatote.

Choriambus ex Choreo, & Jambo: nt artifices.

Pyrrhispondæus, seu Jonicus, à minore, ex Pyrrhichio, & spondæo: ut lacerabant.

Spondæpyrrhichius,seu Jonicus, à majore, ex spondæo, & Pyrrhichio: ut circumdare.

Chorepyrrhichius, seu Pæon primus, ex Choreo, & Pyrrhichio: ut diligere.

Jambipyrrhichius, seu Pæon secundus, ex Jambo, & Pyrrhichio: ut frequentia.

Pyrrhichoreus, seu Pæon tertius, ex Pyrrhichio, & Choreo: ut vigilate.

Pyrrhiambus, seu Pæon quartus, ex Pyrrhichio, & Jambo: ut alacritas.

Jambispondæus, seu Epitritus primus, ex Jambo, & Spondæo: ut reducentes.

Chorespondæus, seu Epitritus secundus, ex Choreo, & Spondæo: ut convenirent.

Spondiambus, seu Epitritus tertius, ex Spondæo, & Jambo: ut certaverant.

Spondæchoreus, seu Epitritus quartus, ex Spondæo, & Choreo: ut clamatote.

Superest Dochimus quinque syllabarum, ex Jambo, & Amphimacro: ut requisiverant.

DE

VErsus, seu Carmen est ex certo pedum numero ordinata conjunctio.

Carminum genus multiplex est: nos ea tantùm attingemus, quæ huic instituto necessaria esse videantur.

HEXAMETRUM.

Carmen Hexametrum à sex mensuris dictum, sed pedibus constat, quorum primi quatuor sunt, vel dactyli, vel spondæi, quintus dactylus, sextus spondæus: ut

Nā tua-resagi-tur, pari-es cum-proximus-ardet
Et ne-glecta so-lent in-cendia-sumere vires.

Hoc metri genere describuntur Heroum gesta, ideo Heroicum carmen appellatur.

OBSERVATIO.

Quinto loco rarò reperitur spondæus, præcedente frequentiùs dactylo: idque fit, cùm indicatur rei gravitas, ac majestas: sive etiam mœror, languor, & tarditas quædam.

Maro. ecl. 2. *Clara Deum soboles, magni Jovis incrementum.* Id. Æn. 2.

Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.

Catull. de nuptiis Pelei, & Thetis.

Regia fulgenti splendent auro, atque argento.

A spondæo quintâ sede posito dicitur versus Spondaicus.

Versus nunquam inchoetur ab alio pede, quàm à dactylo, vel spondæo: nec imitandus Ennius, qui auspicatur à Proceleusmatico.

Capitibus nutantes platanos, rectasque cupressus.

Myu-

Myurum, seu claudicans nuncupant Carmen, cum sexto loco pro spondæo clauditur jambo, ut illud Livii Andronici.

Dirige odoriseqμos ad nota cubilia canes.

cujus tu usum refuge.

Perfrigidè decurrit Hexametrum, nisi pedes pedibus invicem connectantur, velut si dicas.

Dulcia Musa vobis vates carmina cantant.

sed potiùs ut Maro.

Sicelides Musa, paulò majora canamus.

PENTAMETRUM.

Pentametrum, seu Elegiacum Carmen quinque pedes habet: primus, & secundus est vel dactylus, vel spondæus, deinde sequitur syllaba longa, quæ dicitur cæsura; post hanc duo dactyli, & syllaba, quæ, & prior, spondæum constituunt, ut *Ovid. epist.* 16.

Ei. vir-tus placi-tis † abstinu-isse bo.nis.

Alii aliter metiuntur, ut tertius sit spondæus, quartus, & quintus anapæstus.

Usus Pentametri solitariè decantati rarissimus est. Nam solet jungi Hexametro, ac cum eo sententiam ferè absolvere, aut saltem suspendere; ut proximis duobus absolvatur omninò: ut videre est apud *Ovid. Fast. Trist. Pont. Epist.* atque alios Epigrammatum conditores.

Cave, ne, ubi in medio cæsura esse debet, fiat Synalœphe, aut Ecthlipsis; nec ipsa cæsura fiat mediâ dictione.

ADONIUM.

Adonium, à quo, & à proximè sequentibus, in Carmine scribendo percommodè exordientur pueri, constat dactylo, & spondæo. Solitariè usurpatur à *Boetio lib.* 1. *metro* 7.

Tu quoque-si vis. Gaudia-pelle.
Lumine-claro Pelle ti-morem.

Cer-

Cernere-verum, Spemque fu-gato.

Adonium solet subsequi ternum, quodque Sapphicum.

Vide Senecam, Horatium, ac alios.

PHERECRATIUM.

Constat spondæo, dactylo, & spondæo: primâ sede etiam anapæsto, jambo, & choreo, ut si dicas:

Nulli-præmia possunt, Diri-dente co-lubri.
Qua dat-sede bea-tâ, Isti-mente pro-tervi
Alti-Rector o-lympi, Pravã-carpere-dextrâ.

GLYCONIUM.

Glyconium habet spondæum, & duos dactylos, rarò primâ regione choreum, & jambum. Boët. lib. 3. metr. 12. sic canit.

Felix-qui potu-it boni, Fontem-visere-lucidum.

Seneca Thyestes Chorus 2.

Regẽ non faci-unt opes, Non ve-stis Tyri-æ color.
Non fron-tis nota-regię, Rex est-qui posu-it metus
Nõ au-ro niti-da trabes, Et di-ri mala-pectoris.

Glyconium solet interseri aliis Carminum generibus. Vide Horat. & alios.

ANAPÆSTICUM PARTHENIACUM.

Anapæsticum Partheniacum primo, & secundo loco habet anapæstum, vel spondæum, tertio anapæstum, deinde syllabam. Boë. metr. 5. lib. 2.

Felix-nimiũ-prior ætas, Facili-quæ se-ra sole-bat
Conten-ta fide-libus ar-vis, Jeju-nia sol-vere glande.
Nec iner-ti per-dita lu-xu, Nec Bac-chica munera no-rat.

JAMBICUM ANACREONTIUM.

Admittit primâ sede spondæum, vel anapæstum, aut jambum; secundâ, & tertiâ jambum, & syllaba. Prud. met. 6. lib. 2. Hymno ante somnum.

Fac,

Fac, cum-vocan-te som-no
Castum-petis cubi-le
Frontem-locum-que cor-dis
Crucis-figu ra si-gnet.
Crux-pel-lit o-mne cri-men,
Fugiunt-crucem-tenebra.
Tali-dica-ta si-gno
Mens flu-ctua-re ne-scit.

ANAPÆSTICUM PYNDARICUM.

Habet quatuor pedes, in quibus sæpè est anapæstus, cæterum sunt spondæi, vel dactyli, rarò Proceleusmatici. Vide Senecæ in Hercule furente Chorum primum, & plura metra Boëtii, inter quæ 6. lib. 4.

Si vis-celsi-jura-To-nantis
Purâ-solers-cernere-mente;
Aspice-summi-culmina-cœli.
Illic-justo-fœdere-rerum
Veterem-servant-sydera-pacem,
Semper-vicibus-temporis-æquis.

JAMBICUM ARCHILOCHIUM DIMETRUM.

Jambicum Dimetrum constat quatuor jambis: primo,& tertio loco potest esse spondæus: quin primo loco est, sed rarò, anapæstus. Hoc metro canit Ecclesia plures hymnos: unum indicabo à S. Ambrosio compositum ad Primam.

Jam lu cis or-to si-dere,
Deum-prece-mur sup-plices
Ut in-diur-nis a-ctibus
Nos ser-vet à-nocen-tibus.

ALCAICUM.

Fit ex Spondæo, vel Jambo, & Bacchio, in quo dictio integra desinat, ad carminis suavitatem: inde duobus Dactilis.

Post duo Alcaica sequi solet JAMBICUM, DIMETRUM, HYPERCATALECTICUM, quod

quod conſtat jambo, vel ſpondæo, inde jambo, ſpondæo, & jambo cum ſyllaba.

Peſt quod ſequi ſolet ALCMANIUM, in quo ſunt duo dactyli, & duo trochei, *ut Hor. lib. 1. od. 9.*

Vides-ut altâ † ſtet nive-candidum
Sora-cte, ned jam † ſubſtine-ant-onus
Sylva-labo-rantes-geluque
Flumina-conſtite-rint a-cuto.

ASCLEPIADEUM.

Conſtat ſpondæo, duobus choriambicis, & pyrrhichio. Primo choriambico dictio integra ſuavitatem reddit. Eſt elegans *Ode 1. lib. 1.* hujus metri *apud Hor.*

Meca-nas atavis † edite re-gibus.

Aſclepiadeum Alcmanium minùs unâ ſyllabâ quàm ſuperius, in fine; primâ ſede nonnunquam recipit dactylum, ſecundâ ſpondæum. Boët. metro 2. lib. 1.

Hic quon-dam cœlo-liber aper-to
Suetus in-æthere os-ire mea-tus
Cerne-bat roſei-lumina ſo-lis.

SAPPHICUM.

Sapphicum hendecaſyllabum, hoc eſt undecim ſyllabarum, conſtat choreo, ſpondæo, dactylo, & duobus choreis: ſecundo loco pro ſpondæo raro ponitur dactylus, vel choreus: ſuavius fiet, ſi dactyli prima ſyllaba ſit in fine dictionis. Horatius ternis, quibusque Sapphicis accinit Adonium. Sic alii. Boët. de Nerone metro 6. lib. 2.

Novi mus, quan-tas † dede-rit ru-inas.
Urbe-flamma-tâ, † patri-busque-caſis,
Fratre-qui quon-dam † ferus-inter-empto
Matris-effu-ſo † madu-it cru-ore,
Ora-non tin xit † lacry-mis, ſed-eſſe
Cenſor-extin-cti † potu-it de-coris.

PHA-

PHALEUCIUM.

Phaleucium item hendecasyllabum admittit quinque pedes, spondæum, dactylum, ac tres choreos. Inveniuntur aliquando primo, & secundo loco intermisti chorei, jambi, & anapæsti. Mart. epig. 8. lib. 1. de Columbâ Stellæ ad Maximum.

Stella-delici-um me-i co-lumba.

Vero-nâ licet-audi-ente-dicam, &c.

JAMBICUM SENARIUM.

Jambicum Senarium sex constat pedibus, sive puris jambis, sive secundo, quarto, & sexto loco, choreo; locis autem imparibus aliquando anapæsto, dactylo, tribrachio, & spondæo. Plures sunt apud Horat. lib. Epodon hujus metri versus, Dimetris admisti.

Ibis Libur-nis in-ter al-ta na-vium.

Ami-ce, pro-pugna-cula.

Utitur Ecclesiæ hujus metri carmine ad Vesperas Apostolorum Petri, & Pauli, Elpii Boëtii uxore constructo, quod Urbanus VIII. Pont. Max. correxit.

Decora lux æternitatis, auream

Diem beatis irrigavit ignibus,

Apostolorum qua coronat Principes, &c.

Plures alii fusiùs de Carmine egerunt, quos, qui plura desiderat, adeat: hæc monuisse satis. Nec enim Grammaticæ est, sed Poëticæ, Carminum genera tradere.

DE QUIBUSDAM POETICIS FIGURIS.
CAP. VIII.

Figuræ, quæ in carmine dimetiendo spectantur, sunt Ecthlipsis, Synalœphe, Diæresis, Synæresis, Tmesis, Syncope, Apocope, Paragoge, Systole, & Diastole, quæ dicuntur Metaplasmi species.

Exte-

Exterit Ecthlipsis M, quæ fuit integra Priscis.
Vocalem Synalœpha alia veniente vorabit.
Cogitur in binas secuisse Diæresis anam.
Syllaba de binis, est facta Synæresis, una.
Dat Tmesis quidquã medio, sed Syncopa demit.
Aufert Apocope fini, cui dat Paragoge.
Systola corripiet, tendetque Diastola vocem.

ECthlipsis est, cùm in fine dictionis littera M, cum prævia vocali absorbetur, si dictio subsequens inchoetur à vocali. Antiquitùs non absorbebatur, ut præmonitum alibi, ut Perf. sat. 1.

O curas hominum! ò quantum est in rebus inane!

Rarò Ecthlipsis fit in fine versus, quamvis alter incipiat à vocali. Virg. Æn. 7.

Jamque iter emensi, turres, & tecta Latinorũ Ardua cernebant.

SYNALOEPHE est elisio vocalis, aut diphthongi in fine dictionis sequente vocali, aut diphthongo.

Hor. *Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit.*

Interdum Synalœphe fit in fine versûs, si initium alterius sit à vocali. Virg. 1. Æn.

Ærea cui gradibus surgebant limina, nexaque † *Ære trabes.*

Hujusmodi versus dicuntur Hypermetri, hoc est abundantes, vel supra mensuram.

O, & Heu, non eliduntur, sed integra manent; idem solet contingere in proh, vah, hei, ah.

Hor. l. 1. ep. 19. *O imitatores servum pecus...*
Ovid. 3. Fast. *Heu ubi pacta fides.....*

Synalœphe perrarò negligitur; id verò cùm fit, vocales, ac diphthongi sunt communes.

Virg. 1. Georg. *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.* Id.

Id. Ecl. 8. *Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?*

In adhibendâ Synalœphe, & Ecthlipsi; aurium judicio opus est: rarissimè adeò fit initio versus, & post quintum pedem, ut apud Catullum.

Ne ampliùs à misero dona beata petas.

DIÆRESIS, vel Dialysis, est divisio unius syllabæ in duas, ut si fiat trisyllaba, *Sylüa*, *Caïus*, *Süetus*, *solüo*, *volüo*: si dividatur diphthongus. *gäudet*, *viaë*, pro *via*, & quinquesyllabon *Elegeïa*. Tibul. ad Messalam.

Stamina non ulli dissolvenda Deo.

SYNÆRESIS Diæresi contraria, fit, cùm in eadem voce Vocalis absorbetur ab aliâ, ut si in dimensione fiant monosyllabæ: *dehinc*, *dein*, *deest*, *huic*, *cui*. Dissyllabæ, *anteit*, *deinceps*, *eodem*, *iidem*, *antehac*, *somnia*, *aurei*, *Phaton*. Trisyllaba, *Oilei*, *Ulyssei*, *Moysei*, *abiete*, *tenuia*. Quadrisyllaba, *seminiamis*, *semihominem*, *alvearia*, *anteambulo*, & plura hujusmodi per CRASIN, quæ est duarum syllabarum in unam contractio.

Juv. sat. 6. *En animum, & mentem, cum qua Dii nocte loquuntur.*

Virg. Æn. 6. *Bis patriæ cecidere manus; quin protinus omnia.*

Claud. 1. Ruf. *Theodosius terris: en aurea nascitur ætas.*

TMESIS dividit dictionem, & eidem aliquid interserit, ut: *septem subjecta Trioni*, ideſt, *septentrioni*. Teren. *Quæ meo cumque animo libitum est facere*, hoc est, *quæcumque*.

SYNCOPE aufert è medio alicujus dictionis litteram, vel syllabam, ut: *periclum*, pro *periculum*; *Æneadum*, pro *Æneadarum*; *amasti*, pro *amavisti*; *audisset*, pro *audivisset*.

Si

Si interponatur medio dictionis littera, aut syllaba est EPENTHESIS, ut: *luduperator*, pro *Imperator*; *Mavors*, pro *Mars*; *Relligio*, pro *Religio*.

APOCOPE aufert aliquid de fine dictionis, ut *ingeni*, pro *ingenii*; *dein*, pro *deinde*.

Si auferret principio, esset APHÆRESIS, ut *temno*, pro *contemno*; *pono*, pro *depono*.

PARAGOGE, vel Proparalepsis, fini addit aliquid, ut *amplectier*, *amarier*, pro *amplecti*, *amari*; *siccine*, *hisce*, *suapte*, pro *sic*, *his*, *sua*.

Si addat principio, est PROTHESIS, ut *gnatus*, pro *natus*.

SYSTOLE est, cùm breviatur syllaba natura longa, idque necessitate metri cogente: ita Poëtæ corripiunt penultimam in *steterunt*, *tulerunt*, & similibus.

DIASTOLE, sive Ectasis, cum producitur syllaba naturâ brevis, idque etiam metri nenessitate, ob concursum trium, vel plurium brevium: sic producuntur prima in *repulit*, *reliquia*, secunda in Macedonia, &c.

ANTITHESIS præterea est immutatio litteræ, ut *olli*, pro *illi*; *faciundum*, pro *faciendum*.

In superioribus figuris non est quidquam audendum absque veterum Poëtarum auctoritate, quorum vestigia insistere, aut non longe ab eis recedere, debemus.

DE RECTA SCRIBENDI METHODO APPENDIX I.

Scribendi recta ratio obtinetur, si attendatur litterarum contextus distinctio syllabarum, & partium Orationis interpunctio.

Lit-

Litteræ connectuntur Consonantes Vocalibus, & aliæ sunt Majusculæ, aliæ Minusculæ.

Majusculæ scribuntur tantùm in principio quarundam dictionum, videlicet: 1. In prima Orationis dictione, infra cujus magnitudinem cæteræ Majusculæ in Orationis decursu minores scribantur. 2. Post punctum, in quo sententia quiescit; si tamen sententia superiori dissimilis sequatur. Nam, si sequitur similis; tunc primum verbum litterâ minusculâ incipit, ut accuratiores, editiones observare solent. 3. Eâdem inchoantur nomina propria, ut Roma, Cæsar, & ex his derivata, ut Romanus, Cæsarianus. 4. Et ea, quæ antonomasticè sumuntur, ut Dominus, pro Christo: Princeps, pro Petro Apostolo. 5. Carminis cujusque metrici initium. 6. Et cui honos, & reverentia debetur, ut Deus, Imperator, Ecclesia. 7. Et ea, quæ notant id, de quo sermo præcipuè habetur. Cæterùm Minusculæ occurrunt, quarum decus fuerit, si pari formâ scribantur.

Consonans eadem geminata nunquam vel in principio, vel in fine dictionis Latinæ, aut Græcæ, scribitur. Post Q ponitur semper U, ut quia, quando. Ante P, & B nunquam N, pro M, ut pompa, non ponpa; triumphus, non triunphus; imbuo, non inbuo, &c.

Distinctio, seu divisio syllabarum, si bene fiat, scriptioni, & lectioni conducit. Scriptioni, quando occurrit in fine versûs dictionem dividere, quod hac notula (.) fiet. Lectioni, ne connectendo litteras, incongruè syllabæ proferantur.

Consona inter duas Vocales posita, cum posteriore Vocali profertur, ut a-mor, le-por. Si verò sunt duæ consonantes, quæ initio vocis

non

non aſſociari poſſunt, tunc prima ad priorem Vocalem, altera ad poſteriorem ſpectat, ut an-nus, ſum-ma, car-men, lin-gua. Or-cus.

At ſi in medio dictionis occurrant Conſonantes, quæ conjungi poſſunt in principio, tunc itidem connectentur, & ad Vocalem poſteriorem pertinent, ut la-brum, a-cre, um-bra, no-ſtri; quia Br, Cr, Str, inveniri poſſunt in principio dictionum: ut Bravum, Cras, Stramen.

Diverſæ verò Conſonantes, quæ in principio connecti poſſunt, præter eas, quæ faciliùs occurrunt, hæ ſunt: Bd, Cm, Cn, Ct, Dm, Gn, Mn, Phth, Pn, Pſ, Pr, Pt, Sb, Tl, Tm, & ante R, & poſt S, Conſonantes plures, ut Bdellium, κμητα, Cneus, Cteſipho, Dmois, Gnarus, Mnemoſine, Phthyſius, Pneuma, Pſalmus, Pro Ptolemæus, σβέννυμι, Tlepolemus, Tmolus, θνήσκω, Drachma, Smaragdus, &c. Ideò ſic dividuntur: Ab-domen, Al-cmena, te-cma, do-ctor, Ad-metus, a-gnus, a-mnis, na-phtha, Tera-pne, ſcri-pſi, a-pro, a-ptus, Le-ſbia, A-tlas, La-tmius, Æ-tna, A-dria, Co-ſmus, po-ſcis, &c.

Excipe hinc Compoſita, in quibus pars componens, ab alterâ ſeparatur, ut, in-ers, abſ-truſus, diſ-cors, exi-ſtimo, ob ruo, &c.

Interpunctio tandem in uſu eſt, ne partes Orationis confundantur, atque ut legentibus reſpirandi occaſio præbeatur. Si ſermo ſententiam ſuſtinet, & conjunctionem poſt ſe requirit, erit Inciſum, & Comma, quod virgula, ſemicirculari diſtinguitur (,) Si ulteriùs ſententia ſuſpendatur, quaſi antecedenti ſermonis parti altera conſequens adnectenda deſideretur, & præcipuè ubi ſunt plures conciſæ ſententiæ; tum Orationis eſt Colon, ſeu Membrum, quod diſtinguitur duobus punctis (:)

vel

vel non rarò puncto, & virgula (;) ad notandam respirationem paulò minorem. Si demum claudatur omninò sententia, eadem puncto firmatur (.) & Periodus erit: ut *Cic. ad Torq.* Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut suę quemque fortunæ maximè pœniteat; nemoque, sit, quin ubivis, quàm ibi, ubi est, esse malit; tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore, bono viro Romę esse, miserrimum sit.

Post interrogationem apponimus punctum interrogativum (?) ut, quis hic loquitur? Admirationis nota hæc est (!) ut, ò tempora! ò mores!

Si inter sermonis decursum aliqua brevis sententia Periodo impertinens inseratur, Parenthesi () clauditur, *Ovid. 1. Pont. el. 3.* Cernis, ut in duris (& quid bove firmius?) aruis. Fortia taurorum corpora frangat opus.

Tandem si dictionis fini littera aliqua adimatur, Apostrophi nota signatur (') quod rarò apud Latinos contingit, ut *adeon'*, *men'*, pro *adeone*, *mene*, *usu' est*, pro *usus est*: aliaque similia, ferè apud Comicos.

Quia verò varia est apud plerosque plurium dictionum Orthographia; & de rectâ scribendi ratione sæpè ambigunt Tirones: brevem quendam Indicem, cum diversa scribendi ratione, adnectere placuit: ut, si quando in hujusmodi voces incidant, diversamque illarum Orthographiam, non turbentur, sed attendant potiùs doctorum hominum in scribendo consuetudinem.

BRE-

BREVIS INDEX VOCUM, QUÆ VARIE SCRIBI SOLENT.

A

Abiicio.	Abicio.
Accius.	Acius.
Adolefcens.	Adulefcens.
Adfcifco.	Afcifco.
Adfpiro.	Afpiro.
Æditivus.	Æditimus.
Ædui.	Hedui.
Æmilius.	Æmylius.
Æthereus.	Ætherius.
Africa.	Aphrica.
Aggredior.	Adgredior.
Ahenobarbus.	Ænobarbus.
Alia.	Allia.
Alica.	Halica.
Allectus.	Adlectus.
Allium.	Alium. Halium.
Allucinor.	Alucinor. Hallucinor.
Anulus.	Annulus.
Apenninus.	Apœninus.
Appulejus.	Apulejus.
Aquillius.	Aquilius.
Arena.	Harena.
Arretium.	Aretium.
Arrius.	Arius.
Arruntius.	Aruntius.
Attius.	Atius.
Auctor. Auctoritas.	Author. Authoritas. Autor. Autoritas.

B

Bætica.	Bethica.
Bibliotheca.	Biblyotheca.

P Bra-

Brachia.	Bracchia.
Brundusium.	Brundisium.
Bruttii.	Brutii.
Buccina.	Bucina.
	C
Cælebs.	Cœlebs.
Cælo.	Celo. Cœlo.
Cælum.	Celum. Cœlum.
Cænum.	Cœnum.
Cærimonia.	Ceremonia.
Cæruleus.	Cœruleus.
Cæsena.	Cesena. Cæsenna.
Calpurnlus.	Calphurnius.
Carthaginiensis.	Carthaginensis.
Carus.	Charus.
Caritas.	Charitas.
Caupo.	Copo.
Caussa.	Causa.
Cena.	Cœna. Cæna.
Cephallene.	Cephalene.
Cerialia.	Cerealia.
Ceterum.	Cæterum.
Circumvenio.	Circunvenio.
Cnæus.	Cneus. Gneus.
Cocus.	Coquus.
Cœlius.	Cælius.
Cœpi.	Cepi.
Comissatio.	Comessatio.Comisatio.
Comprehendo.	Comprendo.
Conditio.	Condicio.
Conjux.	Conjunx.
Convitium.	Convicium.
Coruncanius.	Coruncanus.
Culcita.	Culcitra.

D

Damaratus.	Demeratus.
Definitio.	Diffinitio.
Deliciæ.	Delitiæ.
Delectus.	Dilectus.
Diminuo.	Deminuo.
Dumtaxat.	Duntaxat.

E

Epiſtola.	Epiſtula.
Etruria.	Hetruria.
Etruſcus.	Hetruſcus.
Executio.	Exequutio.
Exodus.	Exhodus.
Exſaturatus.	Exaturatus.
Exſcribo.	Excribo.
Exſilio.	Exilio.
Exſilium.	Exilium.
Exſolvo.	Exolvo.
Exſpecto.	Expecto.
Fxſto.	Exto.
Exſtruo.	Extruo.
Exſudo.	Exudo.
Exſulo.	Exulo.
Exſupero.	Exupero.
Exſurgo.	Exurgo.
Extinguo.	Exſtinguo.

F

Fabricius.	Fabritius.
Facillimus.	Facilimus.
Fæſulæ.	Feſulæ.
Fæx.	Fex.
Fecundus.	Fœcundus.
Felix.	Fœlix.
Femina.	Eœmina.
Feneror.	Fœneror. Fæneror.

Fenus.	Fœnus. Fænus.
Fefcenninus.	Fefceninus.
Fetiales.	Feciales.
Fetus.	Fœtus.
Flaminius.	Flamininus.
Flammeus.	Flameus.
Fœdus.	Fedus.
Frenum.	Frænum.
	G
Genitrix.	Genetrix.
Gleba.	Glæba.
Gothus.	Gotus.
	H
Hadria.	Adria.
Hadrianus.	Adrianus.
Hædus.	Hedus.
Hannibal.	Annibal.
Hariolus.	Ariolus.
Harufpex.	Arufpex.
Have.	Ave.
Helluo.	Heluo.
Hereditas.	Hæreditas.
Heres.	Hæres.
Hiems.	Hyems.
Hirtius.	Hircius.
Holus.	Olus.
Humillimus.	Humilimus.
	I
Japudes.	Japides.
Idæa.	Idea.
Iccirco.	Idcirco.
Illuftris.	Inluftris.
Immo.	Imo.
Imperiofus.	Imperioffus.

Inceſtus.	Incæſtus.
Inchoo.	Incoho.
Increbeſco.	Increbreſco.
Increbuit.	Increbruit.
Indutiæ.	Induciæ.
Infitior.	Inficior.
In primis.	Imprimis.
Iſtic.	Iſthic.
Jucundus.	Iocundus.
Juppiter.	Jupiter.
Juriſconſultus.	Jureconſultus.
Juriſdictio.	Juriſditio.
	K
Kalendæ.	Calendæ.
	L
Lacrymæ.	Lachrymæ. Lacrimæ.
Læva.	Leva.
Lapicidina.	Lapidicina.
Laterna.	Lanterna.
Letum.	Lethum.
Ligula.	Lingula.
Ligurrio.	Ligurio.
Litus.	Littus.
Literæ.	Litteræ.
Luſcinus.	Luſcinius.
	M
Mæcius.	Mætius.
Mæreo.	Mœreo.
Magalia.	Magaria.
Mallius.	Manlius.
Marcius.	Martius.
Maſſaniſa.	Maſiniſſa.
Matho.	Mato.
Maximillianus.	Maximilianus.

Memmius.	Memius.
Meſſalla.	Meſſala.
Metius.	Mettius.
Minucius.	Minutius.
Miſtus.	Mixtus.
Mœchor.	Mæchor.
Mœſia.	Mæſia.
Monumentum.	Monimentum.
Mucius.	Mutius.
Multa.	Mulcta.
Murena.	Muræna.
	N
Nævius.	Nevius.
Nefas.	Nephas.
Negligo.	Neglego.
Negotium.	Negocium.
Nummus.	Numus.
Nuncius.	Nuntius.
Numquam.	Nunquam.
	O
Obſcenus.	Obſcœnus.
Onus.	Honus.
Opidum.	Oppidum.
Opperior.	Operior.
Oſtia.	Hoſtia.
Oſtium.	Hoſtium.
Otacilius.	Ottacilius.
Otium.	Ocium.
	P
Pænè.	Penè.
Pænitet.	Pœnitet.
Pænula.	Penula.
Palæſtra.	Paleſtra.
Parcimonia.	Parſimonia.

Pari-

Parilia.	Palilia.
Parricida.	Paricida.
Patricius.	Patritius.
Paullùm.	Paulùm.
Paullulùm.	Paululùm.
Paullus.	Paulus.
Pedius.	Pædius.
Peducæus.	Peduceus.
Penitùs.	Pænitùs.
Penuria.	Pænuria.
Perennis.	Peremnis.
Perperna.	Perpenna.
Petillius.	Petilius.
Petius.	Pettius.
Phœbus.	Phæbus.
Pignora.	Pignera.
Plautius.	Plaucius.
Pœna.	Pæna.
Pollio.	Polio.
Pomerium.	Pomœrium.
Popillius.	Popilius.
Poplicola.	Publicola.
Porcius.	Portius.
Poſtridiè.	Poſttridiè.
Poſtumius.	Poſthumius. Poſtimius.
Poſtumus.	Poſthumus.
Præſtinguere.	Perſtringere. Præſtringere.
Prenſus.	Prehenſus.
Procilius.	Porcilius.
Prœlium.	Prælium.
Pronuntiatio.	Pronunciatio.
Proſcenium.	Proſcænium.
Publicius.	Poblicius.
Publilius.	Poblilius.

	Q
Quatuor.	Quattuor.
Querela.	Querella.
Quidquid.	Quicquid.
Quidquam.	Quicquam.
Quinctilianus.	Quintilianus.
Quinctilis.	Quintilis.
Quinctilius.	Quintilius.
Quinctius.	Quintius.
Quinctus.	Quintus.
Quoties.	Quotiens.
Quotidianus.	Cotidianus.
Quotidiè.	Cotidiè.
	R
Ræti.	Reti.
Religio.	Relligio.
Reliquiæ.	Relliquiæ.
Reprehendo.	Reprendo.
Retulit.	Rettulit.
Rhegium.	Regium.
Robigo.	Rubigo.
Romilius.	Romulius.
	S
Sæculum.	Seculum.
Salluſtius.	Saluſtius.
Scævola.	Scævula.
Scena.	Scæna.
Sebethus.	Sebethrus.
Semptemtrio.	Septentrio.
Sepulcrum.	Sepulchrum.
Sequutus.	Secutus.
Seſtius.	Sextius.
Sextilis.	Seſtilis.
Sextilius.	Seſtilius.
Sidus.	Sydus.

Sigil-

[redacted]

Sigillatim.	Singillatim.
Silanus.	Syllanus.
Silva.	Sylva.
Silvanus.	Sylvanus.
Silveſter.	Sylveſter.
Simillimus.	Simiiimus.
Sincerus.	Syncerus.
Soboles.	Suboles.
Solennis.	Solemnis. Sollemnis.
Solers	Sollers.
Sollicito.	Solicito.
Solliſtimum.	Soliſtimum.
Speleum.	Spelæum.
Spiritalis.	Spiritualis.
Squalleo.	Squaleo.
Squamma.	Squama.
Sufenas.	Suffenas.
Sulphur.	Sulfur.
Sulpicius.	Sulpitius.
Suppellex.	Supelex.
Sylla.	Sulla.
Synhodus.	Synodus.

T

Tæter.	Teter.
Tenſa.	Thenſa.
Tento.	Tempto.
Tercentum.	Trecentum.
Thoranius.	Toranius.
Tiber.	Tyber.
Tingo.	Tinguo.
Tonſtrix.	Tonſrix.
Torus.	Thorus.
Translatus.	Tralatus.
Triumpho.	Triumfo.
Triumphus.	Triumfus.
Tus.	Thus.

Tuſcia.	Thuſcia.
Tyro.	Tiro.
	V
Vaccinia.	Vacinia.
Valetudo.	Valitudo.
Varus.	Varrus.
Vellejus.	Vellæus.
Veneo.	Væneo.
Viceſimus.	Vicenſimus.
Villicus.	Vilicus.
Vincentia	Vicentia.
Vindico.	Vendico
Virgilius.	Vergilius.
Unguentarius.	Ungentarius.
Volcanus.	Vulcanus.
Volturnus.	Volturmnus.
Vulſinienſis.	Volſinienſis.
Vulſo.	Volſo.

DE CALENDIS, NONIS, AC IDIBUS. APPENDIX II.

QUatuor menſes, nempe Aprilis, Junius, September, November, habent dies triginta, Februarius octo, & viginti; novem verò, & viginti, ſi fuerit intercalaris, hoc eſt bis ſextus; ſic dictus, quia tum die 24. tum 25. dicimus bis; ſexto Calendas Martii, quod quarto quoque anno contingit.

Reliqui autem menſes unum, & triginta. Memoriæ causâ carmine id complectimur.

Triginta September habet, totidemq; November,
Junius, Aprilis: reliquis adjungitur unus,
Viginti enumerat tantùm Februarius octo;
Unus, ſi ſit bis ſextus, ſubjungitur illi.

Primus dies cujusque menſis dicitur, Calen-

lendæ, à calando, ideſt vocando: quia advocabatur populus, ut ſciret, quid eſſet eo menſe peragendum.

Septimus dies Martii, Maii, Julii, Octobris, qui continetur hac voce IMMO, dicitur, Nonæ: quia ſuperſunt novem dies ad Idus incluſivè.

Decimus autem quintus dies dictorum quatuor menſium, dicitur Idus, ab Iduando, hoc eſt dividendo: quia dividit quodammodo menſem.

Reliqui menſes habent Nonas die quinto: Idus verò die decimotertio.

Principium menſis Veteres dixere, Calendas,
Septenâ Nonas, ter quina luce repoſcunt
October, Majus, cum Marte, & Julius, Idus.
At quinta reliqui Nonas coguntur habere;
Et terna pariter dena concorditer Idus.

Primo igitur die menſis cujuſque dicitur, Calendis: ſecundo in quatuor menſibus, Martio, Majo, Julio, Octobri, quia ſuperſunt ſex dies ad Nonas uſque [ſed enumera ipſum diem ſecundum, ac diem Nonarum] dicitur: ſexto die ante Nonas: ſive per Eclipſin, quod eſt uſitatius, ſexto Nonas Martii, Maii, &c. ſive Martias, Majas, &c. tertio die, quinto Nonas: quarto die, quarto Nonas: quinto die, tertio Nonas: ſexto die, non dicitur, ſecundo, ſed, pridiè Nonas, hoc eſt, proximo die ante Nonas: ipſo die ſeptimo, Nonis.

Die autem octavo, quia ſuperſunt octo dies ad Idus, incluſo die octavo, ac die Iduum; dicitur, octavo Idus Martii, Maii, Julii, Octob. ſive Martias, &c. hoc eſt, octavo die ante Idus; deinde ſeptimo, ſexto, retrorſum recenſendo. Die 14. dicitur, pridie Idus: die 15. Idibus.

A die 16.incluſivè ad Calendas uſque Aprilis itidem incluſivè, enumerantur ſeptemdecim dies: ideo die decimo ſexto dices, decimo ſeptimo Calendas Aprilis, ſeu Apriles: die decimo ſeptimo, decimo ſexto Calendas Aprilis: & ſic deinceps retrorſum ordinatim.

Die trigeſimo primo non dicimus, ſecundo Calendas, ſed pridie Calendas; hoc eſt, proximo die ante Calendas.

In reliquis menſibus die ſecundo, ex. gr. Aprilis, dicimus, quarto Nonas, non tertio Nonas: die tertio, tertio Nonas: die quarto, pridie Nonas Aprilis: die quito, Nonis,

Die 6. quia ab ipſo die 6. incluſivè ad Idus pariter incluſivè, ſunt dies octo, dicimus: octavo Idus Aprilis, Junii, &c. mox ſeptimo Idus, ſexto Idus, &c.

Die 12. pridie Idus; die 13. Idibus.

Die 14. quia enumerantur octodecim dies ad Calendas Majas [ſed includendus eſt uterque dies extremus] dicimus: decimo octavo Calendas Maii; deinde decimo ſeptimo, decimo ſexto, &c.

Die trigeſimo, pridie Calendas Maii. In menſibus autem, qui habet unum, & triginta dies, ipſo die trigeſimo primo dicitur, pridie Calendas.


Quod dicitur de menſe Martio, & Aprili, idem de cæteris dictum puta pro dierum numero; ſed ut id dilucidiùs legentibus pateat, ſequens Tabella ſubiicitur.

Ja-

[redacted]

	Januarius. Augustus. December	Mart. Mai. Jul. Octob.	Apr. Jun. Sept. Nov.	Feb. communis.	Feb. Intercal.
1	Calendis	Calendis.	Calendis.	Calendis.	
2	iv. Nonas	vi. Nonas.	iv. Nonas.	iv. Non.	
3	iii. Non	v. Non.	iii. Non.	iii. Non.	
4	Prid. Non.	iv. Non.	Prid. Non	Pr. Non.	
5	Nonis.	iii. Non.	Nonis.	Nonis.	
6	viii. Idus.	Prid. Non.	viii. Idus.	viii. Idus.	
7	vii. Idus.	Nonis.	vii. Idus.	vii. Idus.	
8	vi. Idus	viii. Idus.	vi. Idus	vi. Idus.	
9	v. Idus.	vii. Idus.	v. Idus.	v. Idus.	
10	iv. Idus.	vi. Idus.	iv. Idus.	iv. Idus.	
11	iii. Idus.	v. Idus	iii. Idus.	iii. Idus.	
12	Prid. Idus.	iv. Idus.	Prid. Idus.	Prid. Idus.	
13	Idibus.	iii. Idus.	Idibus.	Idibus.	
14	xix. Cal.	Prid. Idus.	xviii. Cal.	xvi. Cal.	
15	xviii. Cal.	Idibus.	xvii. Cal.	xv. Cal.	
16	xvii. Cal.	xvii. Cal.	xvi. Cal.	xiv. Cal.	
17	xvi. Cal.	xvi. Cal.	xv. Cal.	xiii. Cal.	
18	xv. Cal.	xv. Cal.	xiv. Cal.	xii. Cal.	
19	xiv. Cal.	xiv. Cal.	xiii. Cal.	xi. Cal.	
20	xiii. Cal.	xiii. Cal.	xii. Cal.	x. Cal.	
21	xii. Cal.	xii. Cal.	xi. Cal.	ix. Cal.	
22	xi. Cal.	xi. Cal.	x. Cal.	viii. Cal.	
23	x. Cal.	x. Cal.	ix. Cal.	vii. Cal.	
24	ix. Cal.	ix. Cal.	viii. Cal.	vi. Cal.	
25	viii. Cal.	viii. Cal.	vii. Cal.	v. Cal.	vi. Cal.
26	vii. Cal	vii. Cal.	vi. Cal.	iv. Cal.	v. Cal.
27	vi. Cal.	vi. Cal.	v. Cal.	iii. Cal.	iv. Cal.
28	v. Cal.	v. Cal.	iv. Cal.	Prid. Cal.	iii. Cal.
29	iv. Cal.	iv. Cal.	iii. Cal.		Pri. Cal.
30	iii. Cal.	iii. Cal.	Prid. Cal.		
31	Prid. Cal.	Prid. Cal.			

Laus Deo, Magnæ Parenti Mariæ, ejusque Sponso Josepho Patronis.



INDEX
Librorum, Capitum, & Regularum, quæ in his Institutionibus Grammaticæ continentur.

DE Rudimentis Linguæ Latinæ lib. 1. pag. 7.
Admonitio in Nominum Declinationes 7.
Declinationes Nominum Substantivorum 8.
Prima Declinatio 8.
Secunda Declinatio 8.
Admonitio in hanc secundam Declinationem 9.
Declinatio Nominis Neutrius secundæ Declinationis 9.
Tertia Declinatio 9.
Declinatio Neutrius hujus tertiæ Declinationis 10.
Quarta Declinatio 10.
Declinatio Neuteius hujus quartæ Declinationis 10.
Quinta Declinatio 11.
Admonitio in hanc quintam Declinationem 11.
Declinationes Nominum Adjectivorum 13.
Declinatio Nominis Adjectivi primæ, & secundæ Declinationis 13.
Adjectiva tertiæ Declinationis 14.
Declinatio Nominis Comparativi 15.
Declinatio Nominum Anomalorum 16.
Declinatio Pronominum Primitivorum 1 .
Declinatio Pronominum Derivatorum 18.
Declinatio Pronominis Relativi 18.
Declinatio Compositorum à Pronomine Quis, & Qui 19.
Paradigma Græcarum Declinationum, qui-

bus

bus sæpè Latini utuntur 20.
Declinationes Contractorum 22.
Declinatio Nominum Hebraicorum 23.
Admonitio in Verborum Conjugationes 23.
Prima Conjugatio Verbi Activi Amo 23.
Secunda Conjugatio Verbi Activi Doceo 26.
Tertia Conjugatio Verbi Activi Lego 30.
Quarta Conjugatio Verbi Activi Audio 32.
Conjugatio Verbi Substantivi Sum 35.
Prima Conjugatio Verbi Passivi Amòr 38.
Secunda Conjugatio Verbi Passivi Doceor 41.
Tertia Conjugatio Verbi Passivi Legor 45.
Quarta Conjugatio Verbi Passivi Audior 49.
Conjugatio Verbi Deponentis Utor 52.
Conjugationes Defectivorum, & Anomalorum 56.
De Etymologia Linguæ Latinæ Lib. II. 76.
De Partibus Orationis 77.
De Nomine Cap. I. 77.
De Nominum Genere 79.
De Nominum Declinatione 99.
De Anomalis 109.
De Activorum Gradibus 111.
De Anomalis in Gradibus Adjectivorum 112.
De Diminutivis 113.
De Patronymicis 114.
De Numeralibus 115.
De Pronomine Cap. II. 118.
De Verbo Cap. III. 119.
De Præteritis, ac Supinis 126.
De Ve[illegible]is D[illegible]rivativis 142.
De Participio Cap. IV. 143.
De Adverbio Cap. V. 146.
De Præpositione Cap. VI. 151.
De In[illegible]rjectione Cap. VII. 155.
De Con[illegible]unctione Cap. VIII. 155.
De Syntaxi Linguæ Latinæ Lib. III. 157.

De

De Concordia Partium Orationis Declinabilium Cap. I. 157.
De Concordia Nominativi cum Verbo 157.
De Concordia Adjectivi cum Substantivo 159.
De Concordia Relativi cum Antecedente 160.
De Constructione Nominis Cap. II. 161.
De Genitivi Casus Regimine 161.
De aliorum Adjectivorum Genitivo 162.
De Adjectivis cum Dativo 165.
De Adjectivis cum Dativo, aut Accusativo 165.
De Adjectivis cum Genitivo, vel Ablativo 166.
De Adjectivis cum prapositione à, vel ab 167.
De Partitivis cum Genitivo, vel Ablativo 168.
De Comparativo 169.
De Superlativo 171.
De Constructione Opus, & Usus 173.
De Constructione Pronominis Cap. III. 173.
De Reciproco Sui, & Suus 173.
De Pronomine Derivativo 174.
De Pronomine Idem 176.
De Verborum Constructione, & primum de Verbo Activo 177.
Activorum Regula I. 177.
Activorum Regula II. 179.
Verba Puniendi 181.
Verba Monendi 182.
Verba Pretii, & Mercatura 182.
Verba Æstimationis 183.
Activorum Regula III. 184.
Activorum Regula IV. 187.
Activorum Regula V. 189.
Activorum Regula VI. 192.
De Verbi Passivi Constructione Cap. V. 195.
Passivorum Regula I. 195.
In alias Passivorum Regulas commune Preceptum. 196.
De Verbis Neutris Cap. VI. 198.

Neu-

Neutrorum Regula I. 198.
Neutrorum Regula II. 200.
Neutrorum Regula III. 201.
Neutrorum Regula IV. 207.
Neutrorum Regula V. 209.
Neutrorum Regula VI. 212.
De Verborum Communium Constructione Cap. VII. 213.
Communium Verborum Regula unica 213.
De Verborum Deponentium Constructione Cap. VIII. 216.
Deponentium Activa significationis Reg. I. 216.
Regula II. 218.
Regula III. 218.
Regula IV. 219.
Regula V. 220.
Regula VI. 221.
De Verbis Deponentibus Neutrius significationis Regula I. 222.
Regula II. 222.
Regala III. 223.
Regula ultima 225.
De Verborum Impersonalium Constructione Cap. IX. 227.
Impersonalium Activa vocis Regula I. 228.
Regula II. 229.
Regula III. 230.
Regula IV. 232.
Regula V. 233.
Regula VI. 233.
De Impersonalibus Passivis Regula unica 235.
De Constructione Casuum communi Cap. IX. 236.
De Nominibus Locorum. De Statu in Loco 236.
De Motu ad Locum 238.
De Motu de Loco 239.
De Motu per Locum 240.
De Dativo Communi 240.

De

De Tempore 241.
De Mensura 243.
De Spatio Loci 243.
De Pretio 244.
De Causa 245.
De Causa Finali 245.
De Instrumento 246.
De Modo 246
De Ablativo, qui Comitatus dicitur 247.
De Materia, ex qua aliquid fit 247.
De Re, de qua loquimur 248.
De Ablativo Partis 248.
De Ablativo Adjuncti, & Circumstantia 249.
De Excessu 250.
De Ablativo absoluto 250.
De Constructione Verbi Infiniti Cap. XI. 251.
De Infinito 251.
De Futuro Simplici Activo, & Passivo 253.
De Futuro Præterito Mixto 255.
De Temporibus, quæ per Infinitivum non convertuntur 256.
De Futuro exacto, seu præterito 257.
De Verbi Servilibus cum Infinitivo 258.
De Conversione Infinitivi per Particulam Quod 259.
De Conversione Infinitivi per Particulã Ut 260.
De Gerundiis Cap. XII. 262.
De Gerundio in Di 262.
De Gerundio in Dum 263.
De Gerundio in Do 264.
De Gerundio Passivo 265.
De Gerundivis 265.
De Participali 266.
De Supinis Cap. XIII. 266.
De Supino in Um 266.
Variatio Locutionis per Supinum, & alia 267.
De Supino in U. 267.

De

De Participiorum Constructione Cap. XIV. 268.
De Participiis Reg. I. ibid. Reg. II. 268.
De Adverbii Constructione Cap. XV. 269.
De Usu Adverb. 269.
De Adverbiis cum Nominativo 271.
De Adverbiis cum Genitivo 271.
De Adverbiis cum Dativo, aut Accusativo cum ab 273.
De Adverbiis cum Accusativo, & aliis Casibus 273.
De Adverbiis cum Ablativo 274.
De Praepositionis Constructione Cap. XVI. 274.
De Interjectionis Constructione Cap. XVII. 279.
De Conjunctionis Constructione Cap. XVIII 280.
De Conjunctionibus Ac, Atque, &c. 280.
De Conjunctionibus cum Indicativo, aut Conjunctivo 281.
De Conjunctionibus cum Conjunctivo 281.
De Conjunctione Ut 282.
De Quibusdam pracipuis Orationis Figuris Cap. XIX. 284.
De Vitiis Orationis 286.
De Prosodia Lingua Latina Lib. IV. 288.
Qua accidant Syllabis Cap. I. 288.
De quantitate Syllabarum Cap. II. 291.
De Singulari Nominum Incremento Cap. III. 303.
Incrementa pluralia 308.
De Verborum Incrementis Cap. IV. 309.
De Ultimis Syllabis Cap V. 311.
De Pedibus Metricis Cap. VI. 313.
De Versibus Cap. VII. 325.
De Quibusdam Poëticis Figuris 330.
De Recta Scribendi Methodo 333.
Brevis Index Vocum, qua variè scribi solent 337.
De Calendis; Nonis, ac Idibus 345.